AD
APOLOGIAM
EXIMII
P. FRANCISCI FARVACQUES
Ord. Erem. S Augustini S. Theologiæ Doctoris
RESPONSIO
AUTHORE
MAXIMILIANO LE DENT
WINOCIBERGENSI,
Societatis JESU S. Th. Professore
LOVANII.

MECHLINIÆ,
Typis, GISBERTI LINTSII Anno 1665.

FACULTAS

R. P. PROVINCIALIS.

EGo infrascriptus Societatis JESU per Flandro-Belgicam Præpositus Provincialis, potestate mihi ad hoc factâ à P.N. Joanne Paulo Oliva ejusdem Societatis Præposito Generali; concedo facultatem Gisberto Lintsio Typographo typis mandandi, *Responsionem ad Apologiam Eximii P. Francisci Farvacques* &c. *á P. Maximiliano le Dent dictæ nostræ Societatis Theologo*, compositam & à Deputatis ejusdem Societatis Theologis examinatam & approbatam. In quorum fidem hasce manu propriâ subscriptas consueto officii mei Sigillo muniendas curavi. Mechliniæ 1. Julii, 1669.

THOMAS DEKENS.

CENSURA.

R*Esponsionem* P. Maximiliani Le Dent *ad Apologiam Eximii* P. Francisci Farvacques *á me diligenter perlectam prælo ac publicâ luce dignam censeo datum Brugis 27. Junii* 1669

J.H. Anchemant Eccl. Cath. Can. Grad. & Lib. Cens.

AD APOLOGIAM EXIMII P. FRANCISCI FARVACQUES RESPONSIO P. MAXIMILIANI LE DENT

CAPUT PRIMUM.

An Attritio nostra positivè excludat voluntatem Peccandi

RESUMIT hanc quæstionem Apol. cap. 2. ubi licet nihil afferat, quod ex alibi dictis luculenter non possit, imo quod per se evidens sit, singula nihilominus percurremus.

Dicti capitis §. 1. hoc unum contendit agi hic de exclusione formali & immediata peccati mortalis, sic nempe ut stante tali actu impossibile sit componi voluntatem mortaliter peccaminosam. At cum de hac re ab initio inter nos convenerit, non opus erat verba facere.

1. Queritur argumenta quæ illic feci pro nostra sententia esse valde prolixa.

Fateor sed id eo consilio feci, quia, cum certus essem nostræ in hoc puncto sententiæ nihil solidi opponi posse, verebar, ne quod in re clara fieri quandoque solet, ad lusum & æquivocationem in verbis recurreret Adversarius. Et hanc rimam adhuc reperit, per quam ad æquivocationes & similes artes recurreret. Quas ut evoluam

2. Nota dum dicitur amor Dei esse super omnia, illud *super omnia* non debere accipi illimitatè, quasi ille actus necessariò instituat comparationem inter Deum ex una parte, & omnes res creatas ex altera parte, sic ut omnes omnino velit ex amore Dei deserere & repudiare. Sed sumi debet limitatè, sic ut sensus sit, *super omnia in quibus reperta fuerit ratio peccati mortalis.*

Adeo ut ille amet Deum super omnia, qui ex benevolo in ipsum affectu absolutè, & firmiter statuit abstinere omnibus, quæ Deus sub mortali vetuerit, & facere omnia, quæ sub simili reatu præceperit: licet ille actus

 nihil

nihil statuat de illis objectis, in quibus solum venialiter peccaretur; & multò minus statuat abstinere ab omni bono utili aut jucundo; aut [illegible] se dura subire, quæ quamvis Deo gratissima forent, nullo modo tamen sint præcepta aut prohibita.

3. Ratio manifesta est, quia cum amor Dei, de quo agimus supponatur esse efficax [illegible] & [illegible] Deum: si deberet in [illegible] super omnia, [illegible] Deum super omnibus [illegible], non tantum positive [illegible] omne omnino veniale, [illegible] omne bonum utile & jucundum, [illegible] consilia Evangelica & vitam maximè austeram amplecterentur. Hæc [illegible] ipse Adversarius [illegible].

4. Constat igitur, [illegible] Deum [illegible], non [illegible] aliud, quam [illegible] in Deum benevolentiæ [illegible] iis omnibus, quæ Deus [illegible] voluerit [illegible], quæ similiter imperavit, [illegible] circa quæ nulla fuerit [illegible] prohibitio vel [illegible] omnibus notum est, ut [illegible] æquivocatione uti circa particulam [illegible].

5. Hoc [illegible] amore, [illegible] concludere, hæc est: Amor Dei, de quo agitur, [illegible] Deum [illegible] sensu, quod illum præferat omnibus, in quibus [illegible] peccatur: qui autem peccat [illegible] Deum postponit. Atqui non potest Deus omnibus illis præferri, & simul [illegible]. Ergo dictus amor Dei positivè, formaliter, & immediatè [illegible] voluntatem peccandi.

6. Sed ejusdem planè formæ est hoc argumentum: Qui habet timorem gehennæ, qualem requirimus, [illegible] periculum [illegible] sententiæ [illegible], quod præferat [illegible] ei periculo se non exponere, [illegible] quæ sub mortali prohibita sint, aut non implere, quæ [illegible] sint præcepta; Quod si autem stante hoc actu [illegible], jam illud periculum [illegible] alicujus [illegible] mortali. Atqui impossibile est aliquid omnibus illis præferri & simul [illegible] postponi. Ergo &c. Idem argumentum facilè [illegible].

Inter hæc argumenta assignari debebat disparitas, sed quia eam reperire non potuit, convenit se ad frivolas interrogationes.

Quærit enim Apol. pag. 20. 22. 28. & alibi, [illegible] omnibus præfertur [illegible]

[illegible], ergo ea præfertur etiam ipsi Christo, qui est actus malus.

7. [illegible]dit Adversarius, si quæsivisset, quid in casu præferatur omnibus, *in quibus [illegible] mortaliter* (prout additum fuerat in argumento facto pro [illegible] fore responsum, esse nimirum, evitationem [illegible] eo quod hujus evitatio præferatur omnibus illis in [illegible], posse ab ullo inferri, ergo præfertur etiam ipsi Christo. [illegible] illis verbis *in quibus peccaretur mortaliter*, quærit [illegible], quid [illegible] sit, quod omnibus omnino præ[illegible].

[illegible] amor sui, [illegible] quo timor [illegible] causatur, non præfert seipsum omnibus [illegible] mal, [illegible] perceptioni [illegible] & [illegible], in cujus perceptione peccaretur mortaliter. [illegible] amor sui [illegible] laudabilis est, & à Scripturis ac SS. Patribus commendatissimus.

8. [illegible] pag. 2 [illegible] inter timorem & amorem, oportet assignare [illegible], quod omnibus præferatur absque ulla exceptione, [illegible] minimissimam admittas exceptionem, jam non [illegible] tantum [illegible], sed & patentem habebis januam, quâ intret voluntas [illegible] mortaliter.

Resp. [illegible] D[illegible]i super omnia non debeat Deum præferre nisi solis & omnibus illis, in quibus reperta fuerit ratio peccati mortalis (ut [illegible] num. 2.) habetur omnimoda paritas, si timor præferat [illegible] omnibus solis illis quæ sine mortali haberi aut omitti non [illegible]. [illegible] ut adhuc sit manifestius.

9. Quæro ab adversario, utrum actus, quo quis ex benevolo in Deum aff[illegible] statuit evitare omne mortale, sive quo Deum præfert [illegible], in quibus reperta fuerit ratio peccati mortalis, nihil [illegible] quibus sine simili reatu libere potest uti: Quæro, inquam, [illegible] excludat voluntatem peccandi mortaliter? an vero [illegible] januam peccato morta[illegible]?

10. Si dicat [illegible], licet Deum præferat solis objectis, in quibus reperta fuerit ratio peccati mortalis, præcludere nihilominus omnem ruinam peccato mortali: Cur quæso Amor [illegible] nostra præferens evitationem gehennæ [illegible] objectis, in quibus peccaretur mortaliter, pandet januam [illegible]? Cur timor gehennæ, ad hoc ut excludat omne mortale, debet præferre aliis, quam in quibus reperitur ratio peccati mortalis: amor vero ad eundem effectum præferre non debet, nisi solis illis, in quibus mortaliter peccaretur? Ecce omnimodam paritatem, [illegible] timor evitationem gehennæ solis illis, quæ sub mortali prohibita fue-

rint, vel præcepta præferat, nullâ institutâ comparatione circa objecta, quibus uti prohibitum non est.

11. Quod si dixerit actum, quo amans præfert Deum omnibus & solis illis, in quibus est ratio peccati mortalis, non excludere omnem voluntatem peccandi mortaliter, jam admittet posse aliquid præferri omnibus illis, & simul eorum alicui non præferri, sed postponi, adeoque evertit suum argumentum, quo demonstrabat, cum amore Dei peccatum mortale componi non posse. Nam si stante illo amore peccaret, jam Deum præferret omnibus mortalibus, & simul eorum alicui postponeret.

Imò fateri debebit, nullum actum amoris Dei, quantumcumque perfectum, posse positivè excludere omnem voluntatem peccandi. Si enim ille amor non excludat positivè peccatum per hoc, quod Deum formaliter præferat omni mortali; non excludet per hoc quod præferat in objectis, in quibus, ut supponimus, talis peccati ratio non reperitur.

12. Quærit præterea pag. 21. Utrum omnis amor gehennæ positivè excludat voluntatem peccandi.

Resp. sicuti non omnis amor Dei voluntatem peccandi excludit, ita nec omnem timorem id facere. E contra autem sicut omnis amor Dei, si sit super omnia, in quibus reperitur ratio peccati mortalis, excludit positivè omnem voluntatem peccandi mortaliter; idem quoque facere timorem, si sit super omnia in quibus reperitur ratio peccati mortalis.

13. Alterum quod hoc capite sæpius & fusè prosequitur, est, quod in argumento meo contineatur petitio principii, eo quod insidiè supponam dilectionem Dei non esse necessariam in Sacramento, non esse medium ad salutem requisitum. Ita loquitur Apol. pag. 22. 24. 26. 27.

Resp. 1. & quæro an P. Farvacques, dum nostram Attritionem rejecit ex eo capite, quod voluntatem peccandi non excluderet, supposuerit, amorem Dei in Sacramento requiri? Si asserit, jam petiit principium; si verò ab eo abstraxerit, unde quæso probat nos similiter non abstrahere & petitionem principii vitare?

14. Resp. 2. merum figmentum est, me in ea quæstione supposuisse, amorem in Sacramento non requiri. Nam expresse egi de casu, quo peccatori in extremis constituto deest copia confessarii, eo enim casu perinde est sive Attritio nostra cum Sacramento sufficiat, sive non. Ostendi insuper in ordine ad exclusionem peccati impertinens esse, sive Attritio imò & Contritio perfecta se solâ ad justificationem sufficiat, sive aliud præterea requiratur, vide Resp. ad Xen. n. 157. Denique ibidem num. 143. & seq. statui casum, quo actus timoris est in homine justo, ostendique in illo excludere omnem voluntatem peccandi; cum autem justus Sacra-

mento

m[illegible]o non egeat (suppono vel non peccasse mortaliter, vel si peccavit, justificatum fuisse cum Sacramento) impertinens in casu est qualis actus ad justificationem peccatoris requiratur cum Sacramento. Quæ omnia jam iterato dissimulavit Adversarius, contentus ludere in petitione principii.

15. Opponit pag. 22. Ponamus, inquit, peccatorem in extremis positum, & omni spe absolutionis Sacramentalis destitutum; ac proinde hic & nunc obligari ad amorem Dei propter se. Ponamus insuper illum habere Attritionem ex motivo timoris gehennæ: Poteritne ille observare præcepta omnia, etiam dilectionis Dei propter se, ex solo adæquato & ultimato, timoris motivo, sive per solum actum timoris? Hoc argumento putat evidenter convinci, quod Attritio nostra non possit excludere omnem voluntatem peccandi, nec inferre impletionem omnium præceptorum.

16. Resp. 1. mirum est, Adversarium vel non vidisse, vel dissimulasse, suam Attritionem eodem telo impeti. Ponamus enim peccatorem morti proximum & spe Sacramenti destitutum, obligabitur ille in casu elicere actum vi sua justificantem. Ponamus insuper in eo esse Attritionem ex amore, qualem requirit P. Farvacques, quæ, utpote tantum Attritio, non justificat nisi accedente Sacramento, interrogo similiter poteritne peccator in casu observare omnia præcepta, etiam Contritionis perfectæ (quod in illis circumstantiis obligat) per solam Attritionem ex amore? Ergo etiam Attritio ipsius non excludit voluntatem peccandi &c.

17. Resp. 2. inane esse utrumque argumentum, nec nisi ad fallendos in re manifesta incautos excogitatum. Fallacia in eo est, quod non distinguat inter voluntatem efficacem implendi omnia præcepta, & ipsam actualem præceptorum impletionem, quæ duo diversissima sunt, ut videre est in ipsa quoque Contritione perfecta: hæc enim licet includat voluntatem confitendi, restituendi injustè ablat. &c. ipsa tamen Contritio non est confessio nec restitutio, sed ratione efficaciæ suæ infert confessionem, restitutionem aliaque ad quæ cognoscitur hic & nunc esse obligatio sub gravi.

Sic quoque Attritio, etiam illa, quam requirunt Adversarii, non est Contritio perfecta sive per se justificans, sed quia hæc peccatori in extremis & extra spem absolutionis constituto cognoscitur esse præcepta, idcirco Attritio utpote valida & efficax, non peccandi mortaliter, necessariò infert Contritionem, quæ cognoscitur hic & nunc sine novo mortali negligi non posse.

18. Atque hinc patet, dum disputatur an Attritio nostra excludat voluntatem peccandi, seu contineat propositum observandi omnia præ-

cepta, inaniter ab Adversario quæri; utrum præcepta omnia etiam charitatis impleri possint per solum actum ex motivo timoris, sine actu charitatis. Idem enim est, ac si quæreremus; An qui habet Contritionem perfectam, possit implere omnia præcepta (etiam restitutionis hîc & nunc obligantis) per solum actum Contritionis sine restitutione: vel an habens Attritionem Adversariorum, possit in articulo mortis implere omnia præcepta, etiam Contritionis perfectæ, per solam Attritionem sine Contritione perfecta.

19. Quare sicuti ex eo, quod perfectè contritus non possit in casu servare omnia præcepta etiam restitutionis per solam Contritionem sine restitutione: item ex eo, quod habens Attritionem Adversariorum, non possit implere mandata omnia, etiam Contritionis perfectæ, per solam Attritionem sine Contritione perfecta: sicut, inquam, ex his etiam juxta P. Farvacques inepte inferretur: ergo nec Contritio perfecta, nec Attritio ex amore excludit voluntatem peccandi, nec continet propositum efficax servandi omnia præcepta. Sic quoque ex eo quod in articulo mortis absque confessario, habens nostram Attritionem, non possit præcepto charitatis & Contritionis satisfacere, per solam Attritionem sine amore perperam infert Adversarius, eam voluntatem peccandi non excludere &c.

20. Ex dictis similiter manifesta est responsio ad id quod dicto cap. 2. Apol. sæpe repetit P. Farvacques: an nempe nostra Attritio excluderet voluntatem peccandi, casu quo Deus cum Sacramento exegisset amorem sui. Dicendum enim est etiam eo casu omnino exclusuram: sicuti illam excludit perfecta Contritio, etiam in casu, quo præter illam requiritur confessio, restitutio &c. & sicuti excludit Attritio adversariorum etiam tum, dum quis præter illam hîc & nunc obligatur ad Contritionem perfectam. Ratio data est suprà num. 17. quia nempe licet Contritio perfecta non sit confessio aut restitutio, & licet Attritio, sive nostra sive ipsorum, non sit Contritio perfecta, tamen tum Contritio tum Attritio ratione efficaciæ suæ inferunt illos alios actus hîc & nunc sub mortali præceptos, sicuti & observationem reliquorum omnium præceptorum.

21. Quare mirum est, quod adeo confidenter pronuntiet P. Farvacques Apol. pag. 27. affirmari à nemine posse, quod Attritio nostra (supposita necessitate amoris in Sacramento) excludat voluntatem peccandi: hoc enim nec ipse negare potest, nisi simul neget suam Attritionem excludere voluntatem peccandi uti clarum est ex dictis.

Nec minus mirum, quod fundamento adeo carioso suam illam malitiosam positionis principii superædificet: supponit enim voluntatem peccandi per Attritionem nostram excludi, si cum Sacramento requiratur

amore

amor; Quod cum sit manifestè falsum, chymericam petitionem principii nobis objecit P. Farvacques.

22. Rursus negat pag. 24. & 26. Apol. propositum servandi mandata concipi posse ex alio motivo, quam charitatis, sive hac mediante.

Respondi sæpe, si id rectè negetur, negandum quoque esse, quod ipsius Attritio ad tale propositum sufficiat. Negari similiter debebit, quod ex bonis creatis possim unum efficaciter præferre alteri. Vide dicta in Resp. ad Xen. n. 144. 656. & 158. Neque hactenus quidquam attulit solidæ disparitatis, nec afferet.

23. Si dicat inter nos convenire, quod per amorem Dei possit Deus præferri omnibus, in quibus peccaretur mortaliter, & per hunc actum excludatur voluntas peccandi.

Fateor id admitto, sed iis convictus rationibus, quæ idem probant de nostra Attritione; unde si argumentum fallat in actu nostro, confidenter pronuncio, nec per amorem posse Deum præferri omnibus, nec per illum excludi voluntatem peccandi.

24. Dixeram num. 144. cum sine amore Dei possit homo unum bonum creatum, etiam illicitum, efficaciter præferre alteri; cur non possit evitationem gehennæ præferre efficaciter omni usui creaturarum, qui sub mortali prohibitus est?

Dextre hoc argumentum declinat adversarius Apol. pag. 28. dicens se ignorare illius scopum, quærens an censeam licitè præferri bonum creatum illicitum.

Verùm scopus argumenti per se erat manifestus: nempe cum possit bonum creatum, etiam illicitum, efficaciter præferri alteri, cumque ab eo, qui actu peccat mortaliter, de facto illud bonum illicitum præferatur gloriæ cælesti, imò & ipsi Deo (quod haud dubiè stultissimè facit) cur quęso non possit homo evitationem gehennæ pręferre usui creaturarum prohibito sub reatu gehennæ cum evitationem gehennæ præferri debere illis omnibus ipsa recta ratio & insitum lumen omnibus dictet &c.?

25. Neque ad rem facit disparitas, quam adfert pag. 25. dicens, mirum non esse quod ex duobus creatis possim unum præferre alteri sine amore Dei, quia nempe Deus non est objectum illius præferentię.

Si enim ipso fatente possim unum bonum pręferre alteri, quando Deus non est objectum illius præferentię: Cur non possim similiter evitationem gehennę, vel consecutionem glorię cęlestis pręferre bonis creatis longè inferioribus, licet eo actu Deus non attingatur per amorem amicitię? Quoad hoc danda fuerat disparitas.

26. Lepidam comœdiam excitat P. Farvacques pag. 24. Apol. in

Resp. ad Xen. n. 143. dum probabam, actum spei excludere voluntatem peccandi, dixeram inter cætera, quod sperans *omnia bona transitoria quæ sine mortali obtineri nequeunt, postponat summo illi ac interminabili felicitatis bono quod præfert omnibus.*

Hic exclamat P. Farvacques jam à me admitti quod ipse prætendit, me tandem coactum confiteri; se huic meę doctrinæ acquiescere: Christo gratias agit: optat ut hoc meum dictum populo è suggestu absque glossemate proponatur &c. Sed quæ quæso hujus triumphi causa? ab ipso audiamus.

17. Summum, inquit, & interminabile felicitatis bonum est ipse Deus, qui si præferatur omnibus, jam habetur amor Dei propter se uti multis ibidem probat.

Resp. si hæc mea verba (ut optat) è suggestu proponantur, nullum aut vix ullum fore, qui aliud iis significari credat, quam gloriam cęlestem seu beatitudinem formalem. Et licet eadem verba commodè intelligi etiam possent de beatitudine objectiva seu Deo; totus tamen contextus, & subjecta de qua ibi loquor materia, adeo clarè ostendunt, me loqui de beatitudine formali, ut nullus relinquatur dubitandi locus. Voluit, credo, ficto hoc plausu ostendere, quàm dextre posset in vera victoria triumphare.

28. Simile ferè est, quod habet pag. 25. Dixeram *omnia bona transitoria, quæ sine mortali obtineri nequeunt*, postponi gloriæ cælesti. Numero verò 144. quærebam cur non possit homo æternam gloriam *præferre paucis quibusdam & exiguis bonis, in quorum electione peccaretur mortaliter.*

Hic latere contradictionem censet P. Farvacques; *At at*, inquit, *aberramus à scopo: dictum fuerat per spem omnia bona temporalia postponi Deo, jam verò probatio loquitur de paucis quibusdam bonis transitoriis.*

Verùm quęnam hic umbra contradictionis? Per spem prefertur gloria cælestis omnibus bonis, nempe iis, *quæ sine mortali obtineri nequeunt* (quam limitationem omittit Adversarius) & interim præfertur paucis bonis. Nam quę in lege gratię sub mortali prohibentur toti congregationi fidelium, sunt admodum pauca & facilia, sublatis plurimis pręceptis legis veteris, ut sæpe inculcant Patres, aliique hinc probantes jugum Christi esse leve. Certè plurimarum creaturarum & bonorum temporalium usus licitus est & permissus.

CAPUT II.

Examinatur doctrina Lutheri & Confessionistarum de Contritione.

HOc punctum præcipuo studio examinandum sumpsit P. Farvacques, quare in fronte Apologiæ, illud collocat, & reliquis fusius tractat. Ordiar ab iis, quæ habet §. 2. rejectis in finem hujus capitis, quæ habet §. 1.

§. I.

An auctor Apologiæ assignet differentiam postulatam.

DIxi in Respons. ad Xenium n, 78. Lutherum initio defectionis, & præsertim in sermone de Pœnitentia, rejecisse omnem pœnitentiam, quæ concipitur ex metu, spe, aut alio motivo ab amore distincto; & pronunciasse quod peccator talem pœnitentiam adferens sit indignus absolutione; solam verò illam, quæ ex amore concipitur, esse veram pœnitentiam, & absolutione dignos reddere. Addidi hanc esse ipsissimam sententiam Adversariorum.

Dum dixi *hanc* manifestè indicavi, me non in omnibus, quæ circa pœnitentiam docuit Lutherus, consensionem asserere sed in solo puncto hîc expresso, eamque rursus adstruo.

29. Contra hoc sæpius exclamat P. Farvacques: *Ego*, inquit, *rejicio omnem pœnitentiam, quæ concipitur ex metu ego inquam, ego ille &c.* ? Videamus nunc quid circa hoc punctum Lutherus, quid ipse doceat, ut appareat an meritò tot exclamationes congerat.

30. Lutherus sermone de Pœnit: proponit sententiam Catholicorum præmissâ hac præfatione: *procedam juxta eorum sententiam, nisi ubi locus fuerit mea interserendi.* Tum prosequitur: *Igitur eorum* (Catholicorum) *sententiâ, pœnitentia dividitur in tres partes, quæ sunt contritio, confessio, satisfactio. Prima contritio (sic enim cœpit vocari vera pœnitentia interior) duplici viâ paratur. Primo ---- per detestationem peccatorum, quâ quis, ut dicunt, recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando---- amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquisitionem, & alia quæ possunt tristitiam & dolorem excitare, spe satisfaciendi per bona opera.*

31. Hactenus Lutherus referens sententiam Catholicorũ, quos ait primam pœnitentiæ partem (nempe Contritionem seu veram pœnitentiam interiorem)

tiorem) statuisse detestationem peccatorum ex motivo metus, spei &c. eoque adæquato, ut indicant ejus verba proximè sequentia. Exhibet ergo sententiam Catholicorum & nostram eo modo, quo passim solent auctores, & quo sæpe eam exprimunt Adversarii.

Tum de relata sententia judicium ferens, contra Catholicos pronuntiat, talem dolorem non facere verè pœnitentem, nec dignum absolutione; sed solam pœnitentiam ex amore conceptam esse verè pœnitentiam, quæ absolutione dignum reddat. Et hâc ratione rejicit & de numero veræ pœnitentiæ expungit, dolorem illum omnem de peccatis, qui ex motivo metus aut spei, sine amore, concipitur, Negat talem dolorem esse Contritionem primam pœnitentiæ partem. Negat peccatorem cum tali dolore esse dignum seu rectè dispositum ad absolutionem.

32. Quæro Eximie P. An hæc Lutheri asserta rejicias tamquam falsa, an admittas ut vera. Si rejicis, jam in eam quam in Catholicis improbabat Lutherus, concedis sententiam, & nobiscum sentis. Si verò illa approbes, quorsum tot exclamationes contra hoc, quod dixi Adversarios in eo sententiæ Lutheri subscribere, quod rejiciant omnem pœnitentiam, quæ concipitur ex solo motivo metus, spei &c. velintque sic pœnitentem esse indignum absolutione.

Quin asserat dolorem ex metu aut spe non reddere dignum, seu rite dispositum ad absolutionem, nec negat nec negare potest. Solùm negat se rejicere omnem pœnitentiam, quæ concipitur ex metu aut spe: *Ego*, inquit, *rejicio omnem pœnitentiam, quæ concipitur ex metu? ego actum spei à pœnitentiæ negotio rejicio? ubi? quando? quibus verbis?* restat igitur ostendere ubi rejiciat.

33. Facit id sæpissime: in Quæst: Quodlib. pag. 20. & 27. ait *quod pœnitentia Christiana debeat ex aliquo benevolo in Deum amore provenire*: Pag. 30. *quod ad pœnitentiam salutarem requiratur verus amor in Deum benevolentiæ, ac propterea quod Attritio servilis non sufficiat*. Pag. 47. *pœnitentiam salutarem non posse destitui omni benevolo in Deum affectu*. Denique pag. 52. ingenuè fatetur, hoc sibi esse cum Lutheri doctrina commune, *quod pœnitentia debeat ex amore concipi*.

Similiter in Xenio pag. 56. ait; *quia quæ ex timore est pœnitentia, non est verè pœnitentia*. Similia repetit passim alibi.

34. Quæro ab adversario, an qui dicit: *Pœnitentiam Christianam seu salutarem debere provenire ex benevolo in Deum amore: non posse hoc amore destitui: ideoque Attritionem nostram non sufficere. Pœnitentiam quæ ex timore est, non esse verè seu veram pœnitentiam.* Quæro, inquam, utrum qui hæc & similia dicit, omnem pœnitentiam quæ concipitur ex metu, spe &c. sine amore Dei, non manifestè

manifestè rejiciat, tamquam quæ non sit pœnitentia Christiana, salutaris, vera seu verè dicta, adeoque nec pœnitentia, de qua agitur. Omissis igitur tot exclamationibus fateatur P. Farvacques, quod res est, se rejicere omnem pœnitentiam conceptam ex motivo metus, spei, &c. sine amore Dei benevolo: cùm autem insuper neget talem dolorem reddere dignum seu rite dispositum ad absolutionem; admittat rectè à me assertam esse consensionem quoad ea, in quibus eam asserui.

35. At, inquit P. Farvacques Apolog. pag. 7. *Pari jure possem ita argumentari: Auctor Responsionis docet cum Confessionistis, pœnitentiam ex timore pœnarum sufficienter concipi: ergo ejus sententia est ipsissima Confessionistarum rejicientium pœnitentiam, quæ ex amore Dei concipitur.*

Resp. quidquid sit de antecedente, mirum esse, quod hæc videri potuerit eadem argumenti forma. Si dixissem omnem pœnitentiam debere pro motivo habere timorem, eam quæ ex amore est non esse verè pœnitentiam &c. Fateri cogerer pari & optimo jure inferri, omnem pœnitentiam, quæ est ex solo motivo amoris, à me rejici. Dum autem dico pœnitentiam ex timore *sufficere*, idque pro casu tantùm, quo accedit actuale Sacramentum, eo ipso clarè indico dari aliam pœnitentiam, quæ sit ex alio motivo à timore distincto: tantùm abest, ut negem dari, aut rejiciam omnem aliam pœnitentiam, quæ sit ex amore, aliove motivo. Unde nec ulli hactenus incidit, quod ex nostra sententia consequens sit, quod non detur pœnitentia ex amore seu contritio: Nisi quod Lutherus in Capt. Babylonica tit. de Sacram. Pænit. dixerit: *Finxerunt* (Catholici) *quamdam Attritionem, quæ virtute clavium fieret contritio, &* SIC UNIVERSA CONTRITIO ABOLETUR.

36. Ut consensionem sententiæ in puncto asserto à se amoliatur P. Farvacques, conatur cap. 1. Apol. §. 2. & 4. diversa adferre discrimina inter suam & Lutheri sententiam: sed irrito conatu, cùm ea discrimina scopum non tangant, non enim ostendunt, quod discrepet in eo, in quo asservi ipsum consentire, sed in punctis aliis, in quibus numquam dixi ipsum consentire.

37. Nam discrimina, quæ ille adfert, ad hæc duo capita revocantur. Primum est, quod Lutherus à timore (quem peccaminosum censebat) noluerit inchoari pœnitentiam, è contra P. Farvacques sentiat, eam non tantùm posse, sed etiam sæpe debere inchoari à timore. Et huc reducitur 1. 2. & 3. differentia ab ipso tradita pag. 3. & 4.

Alterum quod Lutherus & pauciora & diversa requirat pro justificatione peccatoris, quam requirant illi, contra quos disputo. Huc spectant

tres posteriores differentiæ ab ipso traditæ §.1.& ea quæ adfert §.4.ostendens ea, quibus nostram à Lutheri sententia segregaveram, etiam convenire suæ Attritioni.

38. Si nil aliud evincere contendebat P. Farvacques, quàm quod contra Lutherum doceat pœnitentiam à timore inchoari posse, & alia ipse requirat ad justificationem; certè necesse non erat toties ac tam operosè inculcare id, quod nullo commutato verbo sponte admisissem, tantum abest, ut illum quoad hæc concordiæ cum Luthero insimularim: Verùm id non enervat concordiam à me assertam.

39. Nam 1. aliud est actum cujus motivum est timor esse pœnitentiæ initium aliud esse pœnitentiam, adeoque qui illum statuit initium pœnitentiæ, potest nihilominus eumdem rejicere è numero actuum pœnitentiæ. Sic licet Contritio perfecta sæpe inchoetur à timore, nemo tamen dixerit actum timoris esse Contritionem perfectam, rejicietque ipse etiam Adversarius omnem illam Contritionem perfectam, quæ concipiatur ex solo motivo timoris. Frustra igitur per discrimen circa initium pœnitentiæ, conatur eludere concordiam à me assertam, nempe in rejicienda omni poenitentia, quæ concipitur ex solo timoris motivo: hæc enim est quam dixi esse ipsissimam sententiam Adversariorum.

40. Secundò sententia rejiciens poenitentiam, quæ ex metu aut spe concipitur, negansque eam cum Sacramento sufficere, planè diversa est à sententia statuente, qualis determinatè sit actus sufficiens cum Sacramento: adeoque per hoc quod dissentiat in hac posteriore, non probat se in priori non consentire. Quare non est, quod per discrimen quoad actus requisitos, putet se eximi à concordia in rejicienda poenitentia, quę ex spe aut metu concipitur.

Porro diversas planè esse duas illas sententias proximè relatas, evidenter ex ipso Adversario probari potest. Hic enim cum tot jam argumentis evincere conatus sit, quod Attritio nostra non sit vera pœnitentia, nec cum Sacramento sufficiens: hactenus tamen tergiversatur edicere, quis determinatè sit actus, qui non justificet nisi accedente Sacramento.

41. Sic in Quæst. Quodlib. pag. 60. post relatas variorum sententias circa naturam Attritionis, hujusque à Contritione differentiam, rem indecisam relinquens, promittit alibi acturum se de illarum veritate.

Similiter in Epist. ad Pastores Xenio præfixa præfatur, propositum sibi non esse; *dilectionis necessariæ gradus & qualitates examinare, sed illud unicum (quod totius controversiæ caput est) recènse statuatur dilectio Dei necessario cum Sacramento.* Ergo ipso fatente hæc quæstio; *sufficiatne pœnitentia ex metu aut spe sine dilectione*

dilectione; est caput totius controversiæ, de quo solo fatetur se agere, aliò rejectâ alterâ quæstione; qualis nempe requiratur actus, adeoque admittit diversas inter se esse duas hasce quæstiones. Et per consequens, dum arguitur concordiæ cum Luthero in priore quæstione, seu in *capite totius controversiæ*, ad rem non facit, quod ostendat se à Luthero dissentire in altera quæstione, qualis nempe sit actus requisitus cum Sacramento.

42. Denique Xenii pag. 60. relatâ quadam sententiâ de discrimine Attritionem inter & Contritionem, subdit. *Quam sententiam non explico, ne Adversario dem ansam relicto principali de accessorio disputandi.* Principale ergo est, sufficiatne dolor ex metu aut spe sine amore, aliud verò accessorium. Cur igitur ubi eum asservi in principali consentire, hoc dissimulato recurrit ad differentiam in accessorio assignandam? in quo eum consentire nec dixi, nec dicere potui, cum hactenus secretissimum penes se servarit, quemnam determinatè actum judicet cum Sacramento sufficere, non tamen sine illo.

Ex dictis facillimum est ostendere, sex differentias, quas illic adfert, impertinentes esse ad id de quo quæstio.

43. Primam differentiam assignat, pag. 4. quod admittat, pœnitentiam SEMPER CONCIPI *ex timore*: & quærit idemne sit *semper concipi ex timore & numquam concipi*.

Hic ad æquivocationem confugit P. Farvacques, ut ignaris videatur à se amoliri concordiam objectam. Dum enim dicit poenitentiam *semper concipi ex timore* non aliud intelligit, quam quod poenitentia semper inchoetur à timore, ut patet ex loco Quodlib. ad quem illic remittit. Dum autem dixi ipsum rejicere omnem poenitentiam, quæ concipitur ex metu sine amore, per *concipi ex metu* intellexi actum qui pro motivo haberet metum, quo eodem sensu sumit P. Farvacques tum hoc loco differentiâ 4. 5. & 6. tum in Quæst. Quodl. pag. 52. & passim alibi. Optimè autem simul stat, quod quis affirmet poenitentiam à timore inchoari, & tamen rejiciat omnem poenitentiam, quæ pro motivo solùm habet timorem ut dixi num. 39.

44. Alteram differentiam sic exprimit pag. 8. *Lutherus rejicit omnem pœnitentiam quæ concipitur ex spe: nos talem pœnitentiam toto corde suscipimus.*

Sed quæro: An pœnitentiam, quæ ex spe aliove motivo ab amore distincto concipitur, suscipiat ut veram poenitentiam, an ut falsam? si ut veram, manifestè sibi contradicit, dum alibi negat eam esse veram poenitentiam: vide supra num. 33. Si ut falsam, ergo sese à Luthero non discernit, qui eamdam suscipit ut falsam; sive quod idem est uterque illam rejicit.

45. In tertia differentia rursus ut in pręcedentibus æquivocat in illa voce *concipi ex timore*, per eam intelligens inchoari à timore, cum inter nos quæstio non sit an poenitentia incipiat à timore; sed planè diversa, an nempe dolor de peccatis ex solo motivo metus sit vera poenitentia, quod ipse negat & negavit in sermone de poeniten. Lutherus, adeoque in hoc est plena concordia.

46. Quarto loco hanc adfert differentiam pag. 4. quod Lutherus docuerit poenitentiam omnem debere concipi ex amore perfecto & justificante sive (ut loquitur Lutherus) gratificante. Id probat ex assertione Articuli 6.

Resp. 1. licet ita docuisset Lutherus, nihil ad rem facit hoc discrimen, neque enim dixi quod eadem requirat pro justificatione, quę Lutherus; sed quod cum illo rejiciat omnem poenitentiam, quæ concipitur ex metu, negetque cum Sacramento sufficere: hoc autem manet verum, licet diversa requirant ad justificationem peccatoris. Uti vidimus supra num. 40. & seq.

Deinde ab hac sententia non adeo alienus videtur Adversarius, cum pag. 38. Apol dicat, quod *nemo demonstraturus sit esse improbabilem* sententiam, quę asserit cum Sacramento requiri Contritionem perfectam. Unde vix video, cur hinc petat suum à Luthero discrimen, aut cur pag. 5. ita exclamet; *Nos sentimus pœnitentiam omnem ex amore perfecto debere concipi?*

47. Resp. 2. gratis asseri quod Lutherus cum Sacramento requisiverit amorem perfectum & justificantem nam in assertione dicti articuli nullam facit Lutherus mentionem Sacramenti: sed rejicit omnem contritionem quę fit ex metu similive motivo sępe repetens requiri amorem. Dum autem semel illum amorem vocat *gratificantem*, gratis id explicatur de amore justificante. Ratio est quia Lutherus in eodem illo opusculo, unde verba hęc deprompsit Adversarius, sępe & constanter docet solam fidem justificare, ut patet ex Assertione art. 1. 11. 12. 15. &c. imo art. 12. expressè negat contritionem justificare. Unde ipse P. Farvacques Apol. pag. 15. dicit, *dum Lutherus assertionem articulorum damnatorum scribebat, simul etiam asserebat solam fidem justificare.* Quo ergo fundamento dicit Lutherum in eo ipso opere requirere amorem *justificantem*, apud quem nullus actus erat justificans, nisi sola fides. Adde quod Luthero, ut statim videbimus, omnis amor Dei sit imperfectus, non est ergo credendum, quod requirat perfectum.

48. Quintum discrimen statuit: *Lutherus imperfectam charitatem tanquam vitiosam à pœnitentię negotio rejecit, unde negabat pœnitentiam ex hujusmodi amore*

amore imperfecto posse concipi. Id probat ex verbis Lutheri in assert. art. 4.

Resp 1. hoc rursus extra rem esse, nam quidcumque Lutherus aut Adversarius sentiat de charitate imperfecta, verùm est quod uterque rejiciat omnem poenitentiam ex solo timore aut spe conceptam, adeoque manet concordia à me asserta.

Resp. 2. Lutherum loco citato non facere mentionem poenitentiæ; quomodo ergo illic reperit Adversarius, quod charitatem imperfectam rejiciat à negotio poenitentiæ.

Resp. 3. cùm Lutherus dicto art. 4. imperfectionem charitatis desumat à fomite; si rectè hinc sequatur, quod charitatem imperfectam rejecerit à negotio poenitentiæ: sequetur quod omnem omnino charitatem à negotio poenitentiæ rejiciat, cùm velit hominem totâ vitâ in quovis opere etiam optimo peccare, idque ratione fomitis semper manentis, ut constat ex Assert. art. 2. 31. 32. 35. &c. Cur hoc dissimulavit P. Farvacques? cur dixit à Luthero rejectam charitatem imperfectam, & hanc differentiam præcedenti esse conjunctam? quasi verò Lutherus illic admisisset aliam charitatem eâ imperfectione carentem, quam ad poenitentiam requisivisset.

49. Sextum denique ac præcipuum adfert discrimen, quod Lutherus negaverit poenitentiam debere esse verum odium, verum dolorem seu detestationem.

Resp. quidquid de eo sit, manet quod rejecerit poenitentiam quæ concipitur ex metu aut spe, qualis à Catholicis asserebatur, adeoque quæ verum odium & dolorem juxta hos complectebatur: eamdem rejicit Adversarius, rectè ergo à me in hoc assertus est consensus: nec quidquam hactenus ipse produxit quo ostenderet se quoad illud à sententia Lutheri discrepare.

§. 2.

Quid opponat differentiis pro nobis allegatis.

Sententia nostra est, Attritionem ex motivo metus, quæ voluntatem peccandi excludit &c. accedente virtute Sacramenti justificare. Et per consequens illam Attritionem esse veram poenitentiam.

50. In utroque hoc puncto negativam partem amplexus est P. Farvacques, quam ipsissimam tenuit Lutherus, cui sententiæ nostra nihil habet commune, cùm affirmet quod hæc negat.

Tentavit Adversarius nostram sententiam vicissim arguere consensionis cum Hereticis; verùm cùm illam desperaret se in Luthero aut Confessio-

nistis

nistis posse reperire aliò studia convertit:ut nempe,si totam sententiam non possit, saltem partem aliquam eorum, quæ hæc sententia complectitur, ab illis admissam ostendat.

Pag. 9. §. 3. proponit aliquos, quos rectè vocat scrupulos; ut quod Lutherani admiserint terrores, dolorem de peccatis propositum novæ vitæ &c.

51. Verùm licet gratis daretur illos hęc omnia verè admisisse non tamen idcirco dici deberet, nos cum illis habere aliquid commune, eo sensu quo id dixerat Adversarius, nempe sic ut per hoc respectu illius haberemus nos sicut excedentia & excessa, sive sic ut nobis & non Adversario id cum illis commune esset: in posteriore Confessionistarum sententia: jam autem timorem, dolorem de peccatis, ac propositum novæ vitæ nobiscum admittit P. Farvacques,

Deinde non video quid commune sit sententiæ asserenti: terrores sine Sacramento justificare, cum ea, quæ illam propositionem absolutè negat asseritque requiri insuper Sacramentum. Sic rectè diceretur nihil habere cum Tridentino commune qui Attritionem, quam Synodus negat justificare sine Sacramento, assereret absque illo justificare: nisi velis plerasque propositiones, quarum una affirmat, quod negat altera habere quidpiam inter se commune.

Denique cùm dixi nihil *nobis* esse cum hæreticis commune, agebatur de sententia supra relata prout jacet, non autem de parte aliqua à sententia avulsa, ut patet ex Trac. de Attritione n. 173. & Resp. ad Xenium n. 77. & 94. & alibi. Debuerat ergo ostendere concordiam in ipsa sententia.

52. Dixi *illo gratis dato*, tam omnis concordię cum illis umbra evanescit ex eo, quod licet Confessionistę nomine tenus quandoque admiserint dolorem, propositum &c. non admiserunt tamen verum dolorem aut propositum. Ut manifestum est ex respons. ad Xenium à num. 84. de quo rursus infra. Neque ego dolorem, quem hęretici statuunt umquam admisi esse supernaturalem. Non est igitur, quod hi aut similes scrupuli candorem confessionis in Adversario remorentur. Quare transeo ad ea, quę habet §. 4.

Primùm discrimen assignaveram cum Tappero, quod terrores Confessionistarum non includerent respectum ad Confessionem, seu votum Sacramenti.

53. Opponit P. Farvacques pag. 11. Apol. quod huic differentię non planè confidat.

Verùm quęnam causa diffidentiæ? Cum Trindentinum Catholicam de pæni-

pœnitentia doctrinam contra hæreticos tradens, hujus respectus seu voti necessitatem signanter censuerit exprimendam, adeoque existimarit per hoc planè discerni Contritionem catholicam ab ea, quam docebant hæretici. Sic sess. 14. cap. 4. de contritione in genere ait. *Ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum voto præstandi reliqua conjunctus sit, quæ ad suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur.* Et rursus de contritione perfecta: *Ipsam nihilominus reconciliationem ipsi Contritioni, sine Sacramenti voto, quod in illa includitur non esse adscribendam.* potest igitur huic discrimini sine scrupulo fidere.

54. Alterum cum Tappero discrimen produxi: *Terrores ab hæreticis asserti non habent necessariò adjunctam spem veniæ.* Quod discrimen clarè fundatur in Tridentino loco citato.

Objicit quod Lutherus scribens in Oseam, Psalmos, & Genesim admiserit ac requisiverit spem veniæ.

Resp. 1. me cum Tappero egisse de sententia Confessionistarum, quos ostendi spem de qua agimus voluisse à Pœnitentia excludere, tanquam impiam & peccaminosam: quod manet licet Lutherus pro sua mutabilitate spem, quam passim damnat, aliquando admiserit.

Resp. 2. si verba, quæ ex Luthero in Oseam profert Adversarius, in Luthero legerit, miror ea potuisse objicere. Nam manifestum est, illum istic per spem intelligere fidem seu certam illam fiduciam apud Lutheranos decantatam. In iis enim quæ ibidem præmittit Lutherus, agit de fide seu fiducia illa, accusans Catholicos quod de ea nihil docerent: tum post verba in quibus utitur vocabulo spei & quæ omissis reliquis excerpsit Adversarius, ut ostendat Lutherus, quid per spem intelligat, subjungit: *hanc fiduciam* &c. quam addit non relinquere dubitationem de bona Dei voluntate &c.

Adfert ejusdem verba in Psal. 51., nec indicat ad quem versum. Non libuit autem mihi triginta & amplius folia chartæ pervolvere ad ea reperienda. Cæterum qui integrum illius commentarium in Ps. 51. legerit, dubitare nequit, quin Lutherus spem accipiat pro hæretica illa fiducia, in qua probanda totus illic est. Et ad v. *Auditui meo* vanam illam fiduciam colligit ex eo, quod jubeamur sperare. Idem esto judicium de verbis Lutheri in cap. 17. Genes.

55. Nullius digna est consequentiæ, dum Adversarius pag. 12. ex eo quod Lutherus dicatur rejecisse pœnitentiam ex motivo spei conceptam, infert: ergo rejecit pœnitentiam, quæ spem veniæ habet adjunctam. An igitur putat illum rejicere spem veniæ a pœnitentia, qui nuper asseruit, Attritionem ex metu quidem esse initium Contritionis, esse [illegible] a-

tritiam &c.? Certè ipse quoque Adversarius rejicit pœnitentiam ex solo spei motiuo conceptam, non negabit tamen quin pœnitentiæ conjuncta esse debeat spes veniæ

56. Tertium discrimen erat, quod illorum terrores voluntatem peccandi non excluderent, sed potius essent via certa ad desperationem, [illegible], prout adversus Tapperus, & res per se manifesta est.

Arguit [illegible] Adversarius, Confessionistas agnovisse duplicis generis terrores, veros nempe & falsos, hos ad desperationem ducere & fuisse in Juda &c. [illegible] terroribus, quos Lutherani statuebant primam partem pœnitentiæ, id minimè convenire.

Hæc oppositio [illegible] Scriptorum verbis. Melanchthon in Apol. Tit. de Pœnit. cum retulisset doctrinam Catholicorum, quod nempe Contritione mereamur gratiam, subdit: *[illegible], quare Judas & similes, non consequuntur gratiam, qui* HORRIBILITER CONTRITI *sunt. Hic de fide respondendum erat, quod Judas non crediderit … [illegible] inter Contritionem Judæ & Petri.* Et rursus: *ideo Judæ contritio non prodest, quia non accedit ad eam fides. Ideo prodest Petri Contritio, quia ad eam fides accedit.* Item Confessio Witteb. Tit. de Contrit. *Testantur exempla Esau, Saulis, Judæ, quod Contritio non sit meritum remissionis peccatorum. Hi enim [illegible]* TANTAM *habuerunt* CONTRITIONEM &c. Ubi dum inferunt Contritionem non mereri gratiam, ex eo quod Judas, licet insigniter contritus, non [illegible] gratiam, clarè supponunt in Juda fuisse Contritionem, qualem ipsi statuebant, primam partem pœnitentiæ, adeoque terrores veros, [illegible] alibi vocat Melanchthon. Idem supponunt, dum docent Catholicos in illa quæstione recurrere debuisse ad fidem, alteram pœnitentiæ partem: dum ex fide ejusve carentia rationem petunt, cur prosit aut non prosit pœnitentia.

57. Et ita illos intellexit Soto, ad [illegible] Confessione Witteb. verba hoc ponens [illegible]: Hic ostenditur, quod [illegible] de contritione loquantur. *[illegible] ….* [illegible] VERAM CONTRITIONEM PUTAVIT. Ergo Confessionistæ (quos impugnat Soto) [illegible] in Juda veram Contritionem seu veros terrores, neque hos, ut [illegible] ab aliis veris terroribus; quod tamen intrepidè affirmat Adversarius sine ulla probatione [illegible], quæ est Viruvilio [illegible] pag. [illegible]: ait enim [illegible] *[illegible] conceptus, à falsis [illegible].* Quod [illegible] ridiculum est, si Melanchthon [illegible] vult Adversarius [illegible] Petri à falsis Judæ distinguebat.

58.Pott[illegible]

58. Primo ex Confessionistis clarè haberi intentum nostrum, satis ex ipso Adversario probari posse: hic enim [illegible] res nimis evidens esset, si integras hæreticorum sententias ex me transcripsisset, dissimulatis reliquis hæc pauca affert illorum verba [illegible] *[illegible] discrimen inter contritionem Judæ & Petri*, addens ex his non haberi, quod illorum pœnitentia non differret penes Contritionem. Verum [illegible] P. relinque hæc [illegible], inde [illegible], perspicietque quo fine illa protulerint hæretici & quam manifestè in verbis, quæ [illegible] tradant, Pœnitentiam Petri & Judæ non differre penes Contritionem seu terrores, sed penes [illegible].

59. Quartum discrimen cum Tappero [illegible], quod hæretici *terrores illos, [illegible]ctum [illegible], [illegible] ut [illegible] fide accedente [illegible] justificent*. Fundatur discrimen hoc in Tridentino definiente Attritionem illam, quam ibi requirit Synodus, sine Sacramento non justificare.

Hoc solum opponit Adversarius Apol. pag. 16. *Fateor*, inquit, *non deesse, quo discrimen [illegible] & [illegible]*.

Sed quæro an non substantialiter opponeretur definitioni Tridentini, qui assereret Attritionem sine Sacramento justificare? si ita est discrimen allatum à fortiori censeri debet substantiale.

60. At, inquit, hoc discrimen non ostendit, quod terrores hæreticorum intrinsece [illegible] & substantialiter à nostra Attritione ex metu.

Resp. jam in præcedentibus ostendi, quid differat timor (quem nos requirimus) ab illorum terroribus, & præcipuè in tertio discrimine. Quodnam enim potest esse magis substantiale discrimen, quam quod timorem talem requiramus, cum quo voluntas peccandi stare nequeat, terrores vero [illegible] ad peccatum desperationis [illegible], & reperiri in desperantibus & sui interemptoribus. Hoc [illegible] discrimen producimus, quod etiam substantiale est, ut diximus num. præcedenti.

§. 3.

Respondetur ad reliqua, quæ affert eodem capite.

In Resp. ad [illegible] ostendere debeat Adversarius, [illegible] Confessionistarum [illegible].

61. Verùm [illegible] P. [illegible], dicitque hic à me requiri plura quam ante: hic enim agi de [illegible] voluntatis peccandi,

de opere operato Sacramenti &c. quorum omnium ne [illegible] eidem propositum fuerat in Tract. de Attrit. num. 173. Unde hactenus, inquit, ea omnia à me postulari, [illegible] potui, nisi divinator quispiam aut Oedipus.

Resp. me dicto numero 173. sententiam nostram paulo compendiosius exhibuisse, nec omnia [illegible] explicare potuisse, [illegible] Respons. ad Xenium n. 31. Credidi enim id sufficere, [illegible] nostræ sententiæ cum [illegible] exhiberi postulo ab illo, qui [illegible], qui in publicis disputationibus, quas scriptis edidit nostram sententiam impugnavit, ac [illegible] est, quam mihi [illegible] nostram sententiam proponat longe compendiosius. Cum igitur in Resp. ad Xenium [illegible] nisi quod requirunt nostræ [illegible] Auditoris, [illegible] in anterioribus scriptis non expresseram (licet forte [illegible] num. 173. omnia enarrarim) frustra Oedipum [illegible] Adversarius, nisi ut hoc modo honestius se subducat, à probanda concordia nostram inter & Confessionistarum sententiam.

62. Imo [illegible] in ipsis terminis dicti num. 173. de Attrit. perperam supponit Adversarius, se præstitisse id quod postularam: [illegible] hoc enim satis non est, quod Lutherani suos terrores reperiantur explicare per dolorem, propositum &c. nisi per has voces ostendantur [illegible] intellexisse quod nos. Nam ut duæ quæpiam sententiæ probentur concordes, identitas vocum nil juvat, si in re per voces significata [illegible]. Sic nemo dixerit catholico de Eucharistiâ dogmati consentire [illegible], qui admittunt Christum esse præsentem in Eucharistia, [illegible] de præsentia figurata. Ostendi autem tom. 5. [illegible] in Resp. ad Xenium à num. 84. Confessionistas per terrores dolorem & propositum intellexisse [illegible] ab eo, quem nos requirimus, adeoque probata non est concordia de qua est quæstio. Manet ergo ab Adversario præstitum non esse, quod fuerat postulatum.

63. Instat Apol. pag. 18. [illegible] postea admisit spem veniæ, & Confessionistæ dolorem in illis terroribus: in nostra autem sententia spes veniæ & timor gehennæ excludunt [illegible] voluntatem peccandi, quare non [illegible] terroribus Lutheranis excludi voluntatem peccandi.

Resp. non omnem timorem juxta nos [illegible] & idem est de spe [illegible] voluntatem peccandi, ut dixi in Tract. de Attritione [illegible] num. 46. & supra num. 12. Quid [illegible] ergo timor Confessionistarum qui à nostro [illegible] est (& idem est de spe) [illegible] peccato stare, [illegible] excludat juxta nos voluntatem peccandi. Hinc [illegible] factum, ut [illegible] confessionista [illegible] mate-

maluerit Adversarius aliorum nomine, quam suo proponere.

64. Denique sub finem §. 5. vicissim provocat me, ut ostendam Lutherum docuisse, quod Attritio ex amore, qualem requirit. P. Fervacques, sufficiat cum Sacramento, non tamen sine illo.

Resp. id meritò à me postularet, si dixissem eum in hoc puncto Lutheri doctrinæ consentire, quod cum à me dictum non sit, nulla mihi incumbit obligatio id probandi. Asserui concordiam in rejicienda omni pœnitentia quæ concipitur ex metu aut spe absque amore, negandaque ejus sufficientia ad absolutionem. Hanc concordiam cum rursus hic stabiliverim, totâ meâ obligatione me exsolui.

65. Dicet forte (uti innuere videtur pag 7.) me amplius voluisse, dum in Respons. ad Xenium n. 94. dixi, *Necesse est ut fateatur Adversarius, suam sententiam cum priore Lutheranorum doctrina quoad actum cum Sacramento requisitum concordem esse.*

Verùm nemo non videt, cum hæc verba sint quasi conclusio ante à me dictorum, intelligenda esse eo modo, quo verba quibus conclusio seu quæstio fuerat supra n. 78. proposita, adeoque de actu doloris ex metu de quo actum fuerat, in quo actu, tamquam non vera pœnitentia, rejiciendo, negandaque illius cum Sacramento sufficientia, Luthero consentire dixeram Adversarium.

66. Restat respondere ad id quod habet §. 1. ejusdem primi capitis, quod in hunc locum rejeceram.

Est autem quod videar impegisse in nuperum Decretum Alexandri VII. vetantis; *Nequis audeat alicujus theologica censura, alteriusve injuria aut contumelia notâ taxare alterutram sententiam.* Quid autem est, inquit, si hoc non est censura, injuria, aut contumelia, dicere hanc nostram esse ipsissimam Lutheri sententiam, hancque à Tridentino impetitam esse & proscriptam.

Resp. quòd sententia quæpiam dicatur esse eadem cum illa quam docuit Lutherus, nec censura est nec contumelia, neque id diffitebitur P. Farvacques, qui Quæst. Quodl. pag 47. & 48. fusè probat ex SS. Patribus & ratione malum non esse in aliquo sentire cum hæreticis, adeoque nec censura esse potest, dicere quod quid in aliquo illis consentiat. Unde ipsemet fatetur Quæst. Quodl. pag. 52. hoc sibi cum Lutheri doctrina commune esse, quod Lutherus docuerit *pœnitentiam debere ex amore concipi*, neque per hoc suam sententiam censurat, cur ergo censura sit dicere, quod Adversarius in hoc puncto teneat sententiam, quam tradidit Lutherus.

67. Porro doctrinam, in qua dico eum Luthero consentire, nullibi voco hæreticam, erroneam, scandalosam, perniciosam, &c. neque utor voce aliâ simili, quâ censuram contineri censent Theologi: nullibi etiam voco

voco ejus ſententiam dogma Lutheranum &c. Imò eâ utor moderatione, ut in dicta Reſponſione ad Xenium nullibi dicam ejus ſententiam à Tridentino proſcriptam, aut noſtram in illo definitam.

68. Solum id ago, meam ſententiam argumentis ex Tridentino petitis ſtabilio, quod omnino permiſit Alexander VII. in ſuo decreto de Attritione, dum in eo permittit de noſtra ſententia *libros edere, ſcholares erudire* &c. Cum enim præcipuum noſtræ ſententię fundamentum (imò juxta Adverſarios unicum) petatur ex Tridentino, qui nobis putaret vetitum illam ex Synodo probare, ſimul cenſeret ſilentio involvendam, & ſic ex ipſo Decreto Alexandri Decretum impugnaret.

Imò nec cenſurarem oppoſitam, licet dicerem noſtram ſententiam in Tridentino tradi ſeu definiri. Hoc ni fallor fatebitur P. Parvaeques, qui Xenii pag. 5. poſt relatum Decretum Alexandri, ita contra me pro ſua ſententia ſcribit: *non ſubterfugiet vim veritatis tam clarè à Tridentino propoſitæ.* Eſſe autem veritatem tam clarè à Synodo propoſitam, quid minus eſt quam eſſe definitam.

CAPUT III.

An Tridentinum nomine Attritionis intelligat diſpoſitionem proximam.

HAnc quæſtionem tractat Apologiæ cap 3.

69. Suppoſuerat P. Farvacques in Quæſt. Quodlib. ſeſſ. 14. cap. 4. agi de diſpoſitione proxima; negat id in *Xenio*, & ſic plurima prius à ſe dicta ſubvertit. Hæc quin verè à me dicta ſint non negat, ſed fusè conatur à ſe amoliri notam inconſtantiæ: de quo quidquid ſit mea non intereſt, judicet lector.

Xenii cap. 3. §. 4. plura dederat indicia quibus ſuaderet Tridentino ſermonem illic eſſe de diſpoſitione remota: ſingula indicia refutavi in Reſp. ad Xen. à num. 103. ipſe in Apologia nihil reponens ad lectoris judicium provocat: ego in electum ab ipſo arbitrum conſentio.

Unum tamen eſt, quod lectoris judicio non permiſit ſed fuſiſſimè deducit.

70. Dixeram in Reſp. ad Xen. n. 114. Synodus fatente Adverſario Contritionem dividit in duas ſpecies, quarum ſingulæ ſint vera pars Sacramenti, & immediatè poſt traditam Contritionem perfectam ſubnectit Attritionem conceptam ex metu eique nomen Contritionis tribuit, neque toto illo capite alterius Contritionis meminit: adeoque hæc Attritio ex mente Sy-

Synodi est altera [illegible] & per consequens vera pars Sacramenti Pœnitentiæ &c.

Hic opponit [illegible] hoc esse argumentum, Patres usos divisione [illegible] [illegible] formam definitionis & divisionis &c. quæ omnia [illegible].

[illegible] Contritionem [illegible] ju-stificantem, [illegible] nisi cum Sacramento sufficientem, [illegible] Attritionis [illegible] de [illegible] [illegible] pœnitentiæ in duas [illegible], & circa tempora Tridentini non pauci docebant [illegible] Attritionem nostram, quod [illegible] Lutherum.

Tridentinum sess. 14. tradere volens [illegible] de Sacramento pœnitentiæ doctrinam, cap. 3. primam [illegible] partem [illegible] Contritionem: Ac deinde cap. 4. Contritionem [illegible] &c. & explicatius tradam, eam dividit in duas species, ut fatetur Adversarius; tum explicatâ Contritione perfectâ, progreditur ad dolorem ex metu (nullâ alterius speciei sub Contritione [illegible] factâ mentione) illumque donat nomine Contritionis, signanter addens vocari solere Attritionem.

72. Hinc [illegible] non præoccupato evidens est, quod Synodus dolorem ex metu assignet ut alteram Contritionis speciem & veram partem pœnitentiæ. Nisi enim ita judicasset cur explicans primam partem, eamque in duas species dividens, hujus solummodo meminisset (post explicatam Contritionem perfectam) de quo actu utrum esset pars pœnitentiæ controvertebatur, [illegible], & Catholicis id affirmantibus [illegible]? Cur, cum cap. 3. dixisset Contritionem esse partem pœnitentiæ, [illegible] hic illum dolorem donat nomine Contritionis, si [illegible] par-tem? Cur addit hunc ipsum actum vocari solere Attritionem, quo nomine [illegible] actum cum Sacramento sufficientem? Denique, si dolor ex metu non erat pars pœnitentiæ, cur [illegible], qui verè pars esset, alio [illegible], cum [illegible] præter Contritionem perfectam sit, unum sit ex [illegible] necessarium.

73. [illegible] (si [illegible] par-tes) ex hoc capite Tridentini [illegible] ibi [illegible], [illegible] illic al-[illegible] Contritionis, [illegible] est prima [illegible] pars.

At [illegible].

[illegible] hoc argumentum [illegible] dictis, non Tridentinum, [illegible] de Contritione [illegible] tradere, [illegible] Contritionem dividi, agnoscitque [illegible] partis pœnitentiæ.

Ejuſdem capitis §. 11. verba Lutheri dicentis, juxta Catholicos Attritionem proximè diſponere ad Contritionem: vult intelligenda de diſpoſitione ad actum Contritionis perfectæ, ut hinc probet, quod Attritio à Luthero rejecta non diſponeret proximè ad gratiam.

74. Reſp. licet ea Lutheri verba ſeorſim ſumpta videantur poſſe admittere talem explicationem, ipſum tamen ſumpſiſſe in alio ſenſu, ſatis conſtat ex præcedentibus ejuſdem ſermonis verbis, ubi refert juxta Catholicos tres eſſe partes, pœnitentiæ, primam autem partem (quæ contritio eſt, & vera pœnitentia interior) ab iiſdem ſtatui duplicem, quarum altera ſit dolor ex metu gehennę: Illum autem dolorem eſſe contritionem primam pœnitentiæ partem, eſſe veram pœnitentiam interiorem, nihil eſt aliud, quam proximè diſponere peccatorem, ut accedens Sacramento gratiam conſequatur. Lutherus verò ſuam proferens ſententiam aſſerit tales indignè abſolvi, per quod è diametro repugnat aſſertioni Catholicorum, ſi enim cum tali dolore indigne abſoluuntur, ergo ille non proximè diſponit ad gratiam in Sacramento accipiendam, nec eſt prima pars pœnitentiæ, nec vera pœnitentia interior, qualem eſſe aſſerebant Catholici.

75. Similiter in captivit: Babyl: poſtquam redarguerat Catholicos, quod Contritionem fide promiſſionis priorem facerent; ſubjungit: alii, *His audaciores & peiores finxerunt quandam Attritionem, quæ virtute clavium fieret Contritio & ſit univerſa Contritio abolitur.* Ubi reprobans doctrinam Catholicorum dicentium, Attritionem virtute clavium fieri Contritionem, per Contritionem intelligit non actum, ſed juſtificationem. Si enim illi docuiſſent Attritionem fieri in Sacramento actum Contritionis, quomodo diceret Contritionem omnem ab illis aboleri?

Conſtet ergo Lutherum contra Catholicos negaſſe, Attritionem eſſe diſpoſitionem proximam ad gratiam in Sacramento, & hoc ſenſu dixiſſe: *Hæc eſt illa Contritio, quam vocant Attritionem proximè diſponentem ad Contritionem, quam opinionem errorem ego judico.*

76. Adde fruſtra laborare Adverſarium, dum conatur oſtendere, non hunc ſed alium eſſe illorum verborum ſenſum; nam licet verum id eſſet, ipſum minimè juvaret. Cum enim in aliis ejuſdem ſermonis verbis neget Attritionem eſſe diſpoſitionem proximam ad gratiam in Sacramento, ut oſtenſum eſt num. 74. verum manet totum id, quod dixi in Tract. de Attrit. num. 151. & alibi.

Apol. pag. 32. rurſus urget, quod Synodus exactiorem & magis perſpicuam tradidiſſet definitionem, ſi addidiſſet vocem proximè, addens id à me negari.

77. Ve-

77. Verùm id nullibi negavi: solum dixi non fuisse necesse eam vocem addere; cum Synodus, ut probavi, hanc Attritionem statuat esse partem materialem Pœnitentiæ, qualem Christus requisivit, quo clarè indicat esse dispositionem proximam. Item quia Synodus sess. 6. cap. 6. in quo certum est contineri dispositionem proximam, uti etiam alibi, non tamen illis locis addat vocem *proximæ*: quare nec hic addi debuit, ubi ex præcedentibus constat, agi de dispositione proxima. Ad quę omnia cum nihil opponat Adversarius, lectorem remitto ad Resp, ad Xen. n. 127.

78. Addideram Theologos ferè omnes vidisse, quod Synodus velit Attritionem esse dispositionem proximam.

Reponit id non vidisse Theologos temporibus Synodi viciniores: probat id ex Dominico Soto, qui Tridentino interfuit, & in 4. dist. 19. q. 2. n. 6. ita scribit: *Non est articulus fidei, ut attritus per Sacramentum fiam contritus. Non est enim expressa evangelica assertio, aut ecclesiastica definitio . . . . . sed est Scholasticorum collectio, quę quamquam sit vera, non tamen est digna, cui bilancem perpetuæ nostræ salutis confidamus.* Agit autem, hic Soto de articulo mortis. Inde infert P. Farvacques, ergo non est ecclesiæ definitio, quod disponat proximè in Sacramento. Ante responsionem

79 Sciendum est Sotum hunc suum commentarium, prælo parasse paucis annis ante 1560 (hoc enim anno mortuus est) cum jam ut in proœmio loquitur protrito corpore vires indies elanguescerent. Eumdem commentarium publicè prælegerat non semel ante, etiam ante inchoatum Tridentinum. Porro in hoc opere passim citat Tridentini sess. 6. 7. unde ad harum sessionum normam opus suum exegit, sessionis verò 14. vel nullam vel saltem vix ullam facit mentionem & multas conclusiones quas ex 14. sessione clarè probare poterat, probat ex Florentino vel ex sessione 6. omissâ probatione clarissimâ, quæ peti poterat ex sessione 14. unde in limando hoc commentario non videtur respexisse ad sess. 14. ut juxta hujus normam sua digereret. Hoc prœmisso

80. Resp. Sotum multò magis nobis favere, quam Adversario. Manifestum id est, nam P. Farvacques asserit Attritionem ex metu non esse dispositionem sufficientem etiam cum Sacramento, sed vult requiri amorem Dei propter se; censet etiam suam hanc sententiam clarè traditam à Tridentino sess. 6. Utrumque hoc negat Soto, dum nostram de Attritione sententiam pronuntiat veram, idque postquam sua scripta contulit cum sess. sexta.

81. Nos dicimus Attritionem ex metu sufficere cum Sacramento, volumusque ita docere Synodum sess. 14. In priore sententia de sufficientia nostræ Attritionis, adstipulatur nobis Soto. Quoad alteram verò nobis contrarius videtur, dum negat extare Ecclesiasticam ejus quæstionis definitionem; verùm cum ut dixi, in

limando hoc opere oculos vix converterit ad sessionem 14. censeri posset loqui de definitione aliqua anteriore; de quo quidquid sit, hoc manet, quod nobis magis faveat Soto, quam Adversariis.

Quod pag. 33. Apol. adfertur pro quarto argumento, non est nisi repetitio prius dictorum, quibus satisfactum est in Resp. ad Xen. n. 131., neque data illic responsa hic impugnat.

CAPUT IV.

Quomodo stabiliat argumenta sua ex Tridentino petita.

TRactat id Apologiæ cap. 5. in quo multa sunt vel repetitio sola ante dictorum, vel simplex assertio, quibus omissis ea seligemus, quæ videri possint novi aliquid continere.

82. *Ad 1. Argumentum* opponit, quod verba Tridentini *diligere incipiunt* interpreter contra communem sententiam.

Verùm adeo evidens est me communi sententiæ consentire ut mirer id negari posse ab eo, qui legit quæ dixi in responsione ad Xenium num. 19. Nam Suarez, Malderus, Puteanus, Tannerus, Arriaga, Curiel, Lugo, Ysambertus, aliique hæc verba explicant de justificatione extrasacramentali; sive interim simul hic sermo sit de sacramentali (ut volunt horum aliqui) sive non. Ergo conformiter in quavis responsione admitto dicto loco Tridentini agi de justificatione extrasacramentali, ostendique id enervando Adversarii argumento abunde sufficere: quâ igitur ratione asserit me niti contra communem sententiam? Hoc de se ipse rectè dixisset, qui suæ explicationi faventem neminem hactenus protulit, præter solum Candelabrum.

83 Opponit rursus D. Thomam, Catechismum Romanum, & Concilium Moguntinum, sed ex his nihil probari ostensum est in Respons. ad Xenium n. 3. & D. Thomam ac Catechismum loqui de amore vi suâ justificante.

Hoc responsum hac rejicit ratione, quia, inquit Apol. pag. 41., illi loquuntur conformiter Tridentino.

Sed contra est 1. unde probat D. Thomam illis locis dicere id quod hic dicit Tridentinum. 2. in Quæst. quodlib. pag. 4. & 5. locum Tridentini inter nos controversum, rectè à se explicari probaverat ex D. Thoma, Cathechismo & Moguntino; hic verò dum de horum Auctorum mente disceptatur, vult eorum explicationem petendam ex loco Tridentini controverso.

Dum dicitur à Tridentino *ac propterea moventur* &c. manifestum est illud *propterea*

terea referri non posse ad alia, quam quæ possunt esse motiva, fides autem ut fatetur Adversarius non est motivum.

Ad reliqua quæ ibidem adfert tertio loco abunde satisfactum est in Resp. ad Xen. num. 12. nec quidquam ibi à me dictorum refutat.

84. AD 2. ET 3. ARGUMENTUM. Quæ hic opponit in fumum abeunt solâ Tritini inspectione: Ita habet: *Unica formalis causa* (justificationis) *est justitia Dei, non quâ ipse justus est, sed quâ nos justos facit, quâ videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed verè justi nominamur & sumus justitiam in nobis recipientes---secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem.*

Quæ postrema verba seorsim adducens P. Faruacques, hæc inquit de actibus intelliguntur indubiè. Ergo inquit, cum sequentia verba Synodi connectantur cum præcedetibus per particulam *enim*, etiam sequens sensus intelligendus est de actibus.

Verùm Eximie P. ex qua Grammaticæ regula habes, quod vox *enim* conjungat sensum sequentem præcisè cum verbis postremis, quæ non nisi per præpositionem connectuntur sensui præcedenti & se solis sensum non faciunt, & non potius cum eo, quod per se & principaliter continetur in sensu præcedenti, hoc autem in casu est justitia habitualis, ut patet ex verbis relatis,

Si dicam: Christus pauperrimus fuit secundum Evangelistam, natus enim est in stabulo, in defectu pannorum &c. contendet vereor Adversarius hoc loquendi modo à me significari, quod Evangelista natus est in stabulo nam hoc conjungitur per voculam *enim*, & immediatè præcedit *secundum Evangelistam.*

85. Porrò in Resp. ad Xen. à num 23. ostendi verba sequentia, de quibus controversia, intelligi debere de habitibus, tum quia alias nulla esset connexio, tum quia ibi dicitur, hæc omnia in justificatione cum remissione peccatorum infundi; tum denique quia asseritur charitatem, de quaibi sermo, *ipsis inhærere.* Ob quæ Auctores unanimiter ex hoc loco docent justitiam esse donum permanens. Hæc omnia non attingens Adversarius, putat satis esse, si contra communissimum hujus loci intellectum *indubitatè asserat*, sermonem esse de actibus, falsum esse quod inhærere competat solis habitibus.

At, inquit, non disputabant hæretici, deberetne fidei habituali accedere habitus spei & charitatis, nec ne.

Resp. hæreticos non agnovisse aliam justificationem, quam per imputationem extrinsecam, contra hos definit Synodus, eam intrinsecam esse & permanentem per infusionem horum habituum, quod etiam dixerat initiò ejusdem capitis 7. (ubi de habitibus sermo est dicente adversario) *justificationem non esse solam remissionem peccatorum, sed renovationem interioris hominis per susceptionem* GRATIÆ ET DONORUM, ubi manifestè dicit alios habitus præter gratiam infundi.

ſimando hoc opere oculos vix converterit ad ſeſſionem 14. cenſeri poſſet loqui de definitione aliqua anteriore; de quo quidquid ſit, hoc manet, quod nobis magis faveat Soto, quam Adverſariis.

Quod pag. 33. Apol. adfertur pro quarto argumento, non eſt niſi repetitio prius dictorum, quibus ſatisfactum eſt in Reſp. ad Xen. n. 131., neque data illic reſponſa hic impugnat.

CAPUT IV.

Quomodo ſtabiliat argumenta ſua ex Tridentino petita.

TRactat id Apologiæ cap. 5. in quo multa ſunt vel repetitio ſola ante dictorum, vel ſimplex aſſertio, quibus omiſſis ea ſeligemus, quæ videri poſſint novi aliquid continere.

82. *Ad* 1. *Argumentum* opponit, quod verba Tridentini *diligere incipiunt* interpreter contra communem ſententiam.

Verùm adeo evidens eſt me communi ſententiæ conſentire ut mirer id negari poſſe ab eo, qui legit quæ dixi in reſponſione ad Xenium num. 19. Nam Suarez, Malderus, Puteanus, Tannerus, Arriaga, Curiel, Lugo, Yſambertus, aliique hæc verba explicant de juſtificatione extraſacramentali; ſive interim ſimul hic ſermo ſit de ſacramentali (ut volunt horum aliqui) ſive non. Ego conformiter in quavis reſponſione admitto dicto loco Tridentini agi de juſtificatione extraſacramentali, oſtendique id enervando Adverſarii argumento abunde ſufficere: quâ igitur ratione aſſerit me niti contra communem ſententiam? Hoc de ſe ipſe rectè dixiſſet, qui ſuæ explicationi faventem neminem hactenus protulit, præter ſolum Candelabrum.

83 Opponit rurſus D. Thomam, Catechiſmum Romanum, & Concilium Moguntinum, ſed ex his nihil probari oſtenſum eſt in Reſponſ. ad Xenium n. 3. & D. Thomam ac Catechiſmum loqui de amore vi ſuâ juſtificante.

Hoc reſponſum hac rejicit ratione, quia, inquit Apol. pag. 41., illi loquuntur conformiter Tridentino.

Sed contra eſt 1. unde probat D. Thomam illis locis dicere id quod hic dicit Tridentinum. 2. in Quæſt. quodlib. pag. 4. & 5. locum Tridentini inter nos controverſum, rectè à ſe explicari probaverat ex D. Thoma, Cathechiſmo & Moguntino; hic verò dum de horum Auctorum mente diſceptatur, vult eorum explicationem petendam ex loco Tridentini controverſo.

Dum dicitur à Tridentino *ac propterea moventur* &c. manifeſtum eſt illud *propterea*

tera referri non posse ad alia, quam quæ possunt esse motiva, fides autem ut fatetur Adversarius non est motivum.

Ad reliqua quæ ibidem adfert tertio loco abunde satisfactum est in Resp. ad Xen. num. 12. nec quidquam ibi à me dictorum refutat.

84. AD 2. ET 3. ARGUMENTUM. Quæ hic opponit in fumum abeunt solâ Tritini inspectione: Ita habet: *Unica formalis causa* (justificationis) *est justitia Dei, non quâ ipse justus est, sed quâ nos justos facit, quâ videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed verè justi nominamur & sumus justitiam in nobis recipientes---secundum propriam cujusque dispositionem & cooperationem.*

Quæ postrema verba seorsim adducens P. Faruacques, hæc inquit de actibus intelliguntur indubiè. Ergo inquit, cum sequentia verba Synodi connectantur cum præcedetibus per particulam *enim*, etiam sequens sensus intelligendus est de actibus.

Verùm Eximie P. ex qua Grammaticæ regula habes, quod vox *enim* conjungat sensum sequentem precisè cum verbis postremis, quæ non nisi per præpositionem connectuntur sensui precedenti & se solis sensum non faciunt, & non potius cum eo, quod per se & principaliter continetur in sensu præcedenti, hoc autem in casu est justitia habitualis, ut patet ex verbis relatis,

Si dicam: Christus pauperrimus fuit secundum Evangelistam, natus enim est in stabulo, in defectu pannorum &c. contendet vereor Adversarius hoc loquendi modo à me significari, quod Evangelista natus est in stabulo nam hoc conjungitur per voculam *enim*, & immediatè præcedit *secundum Evangelistam.*

85. Porrò in Resp. ad Xen. à num 23. ostendi verba sequentia, de quibus controversia, intelligi debere de habitibus, tum quia alias nulla esset connexio, tum quia ibi dicitur, hæc omnia in justificatione cum remissione peccatorum infundi; tum denique quia asseritur charitatem, de qua ibi sermo, *ipsis inhærere.* Ob quæ Auctores unanimiter ex hoc loco docent justitiam esse donum permanens. Hæc omnia non attingens Adversarius, putat satis esse, si contra communissimum hujus loci intellectum *indubitatè asserat*, sermonem esse de actibus, falsum esse quod inhærere competat solis habitibus.

At, inquit, non disputabant hæretici, deberetne fidei habituali accedere habitus spei & charitatis, nec ne.

Resp. hæreticos non agnovisse aliam justificationem, quam per imputationem extrinsecam, contra hos definit Synodus, eam intrinsecam esse & permanentem per infusionem horum habituum, quod etiam dixerat initiò ejusdem capitis 7. (ubi de habitibus sermo est tacente adversario) *justificationem non esse solam remissionem peccatorum, sed renovationem interioris hominis per susceptionem* GRATIÆ ET DONORUM, ubi manifestè dicit alios habitus præter gratiam infundi.

86. ARGUMENTUM 4. petebatur ex eo quod Tridentinum dicat, effectum hujus Sacramenti esse *reconciliationem*, hæc autem necessariò requirat amorem amicitiæ in reconciliando.

Verùm, ut dixi, cum Synodus per *reconciliationem* intelligat Sacramenti effectum, dispositio autem ad Sacramentum non sit hujus effectus, manifestum est Synodum per vocem *reconciliatio* non intellexisse actum disponentem, & multo minus per hoc judicasse, quod dispositio deberet procedere ex motivo amoris. Deinde cum fateatur Adversarius parvulos, dum baptizantur, verè reconciliari, erit sine dubio reconciliatio, si adultus justificetur cum sola Attritione.

87. Ad hæc, quæ ejus argumentum elidunt, ne verbum quidem opponit Adversarius, sed ad alia recurrit. Affirmat à me doceri, quod reconciliatio in Sacramento Pœnitentiæ fiat sicuti in parvulis; Item quod in illo non fiat reconciliatio affectuum: sed falsum est utrumque.

Queritur me non respondisse ad Canum. Verùm cùm, etiam ipso fatente, Canus manifestè tradat nostram sententiam, nil opus est responso ubi de mente Auctoris constat.

Denique novum adfert argumentum ex Horatio dicente *Marce ut ameris ama.* Nonne hinc perbellè sequitur, ergo in Sacramento requiritur amor Dei, ut Deus incipiat amare peccatorem? cur non idem infert de parvulis ex autoritate Horatii; certè licet amor sit medium utile ut ameris, non est tamen necessarium & unicum medium.

88. QUINTUM ARGUMENTUM erat quod juxta Tridentinum pœnitentia debeat aversari peccatum *ut* offensa Dei est. Dixi, particulam reduplicativam *ut* non haberi in Tridentino, in qua tamen totam vim ponit. Hoc reponso enervatum esse argumentum, suo silentio fatetur.

Unde more suo ad alia recurrit: dicit negari à me, quod requiratur aversio à peccato prout offensa Dei est. Ego id non negavi; dedi duplicem horum verborum *ut offensa Dei* sensum, quorum alterutro peccatum detestari debet vera pœnitentia, & id admittunt omnes sententiæ nostræ auctores.

89. Producit hic rursus articulos Lovanienses, quorum 4. est *Contritio est dolor de peccatis propter Dei offensam susceptus* ubi putat requiri à Lovaniensibus dolorem de peccato *ut offensa Dei est*, adeoque ex amore. Hunc non esse sensum dicti articuli, probavi in Tract. de Attrit. num. 232. ex Tappero, qui articulis condendis interfuit. Lubet id præterea probare ex ipsis articulis. Conditi hi fuerunt sub finem anni 1544. & statim post anno nempe 1545. Lovanii apud Renerum Velpium & Jacobum Bathen impressi utroque simul idiomate latino & gallico, ubi quartus articulus sic, redditur gallice: *Contrition, est desplaisance du peché, par le quel Dieu a esté offensé.* Ex qua versione manifestum est, noluisse Lovanienses in suo articulo importari reduplicationem, *ut offensa Dei est.*

90. SEXTUM ARGUMENTUM erat, quod ad Pœnitentiam requiratur cordis ad Deum conversio, de qua Ezechielis 18. Conversio autem illa requirat amorem.

Responsioni à me datæ acquiescens nihil reponit, sed deserto Tridentino, catalogum texit auctorum quos citarat, queriturque ad hos nihil responsum, cum tamen alibi improbet, quod responderim. Profectò si texendus mihi esset catalogus omnium, quæ sine responso transilit P. Farvacques, pluribus esset opus foliis. Videamus tamen an justè queratur.

Primò injustè queritur non esse responsum antiquis Scholasticis, cum ipse eorum verba non attulerit, imò nec nominatum ullum citarit: & Exim.P.Lupo plures ex illis recensenti fusius responderim.

Secundò nec justè queritur non responsum esse Juristis, quos allegarat, horum enim cum in re theologica parva aut nulla sit auctoritas, non judicavi vel inspiciendos.

Tertiò cum Ascetici sæpe non loquantur in rigore theologico, quodque perfectius est, non rarò debitum vocent, curæ non fuit illis respondere.

91. Restat D. Bernardus ex cujus Epist. 11. ad Carthusienses hæc præcipuè urget verba: *nec timor quippe nec amor privatus convertit animam ..... charitas vero convertit animam.*

Hoc testimonium ad rem non facit multas ob causas 1. quia illic agit de conversione illa, in qua perfectio vitæ religiosæ consistit, quâ nempe homo sibi mortuus soli Deo vivit, ut patet ex contextu Epistolę. 2. non agit de timore aut spe æternorum, sed temporalium, horum enim timori aut spei convenit, quod *mutent vultum vel actum, affectum numquam*, ut ibidem loquitur Bernardus, quæ ipsius verba mutis punctis expressit Adversarius. 3. loquitur de timore & spe seu de servo & mercenario, *qui habent legem non Domini sed suam* id est qui *æternæ legi propriam præferunt voluntatem perversè volentes* &c ut loquitur ejusdem epist. n. 5. de tali autem timore & spe inter nos non controvertitur. 4. quia D.Bernardus ibid num. 8. amorem concupiscentiæ in Deum non vocat amorem sui propter se sed agnoscit esse amorem Dei adeoque & charitatem convertentem animam: cum enim primo loco recensuisset amorem, quo diligit seipsum homo propter se pergens ad alterum gradum ita loquitur. *Cumque se videt per se non posse subsistere, Deum sibi quasi necessarium incipit per fidem inquirere & diligere.* DILIGIT *itaque in secundo gradu* DEUM, *sed propter se, non propter ipsum.* Tum pergit ad tertium gradum amoris qui est amicitiæ: *At verò cum ipsum experit occasione propriæ necessitatis colere.... transit ad tertium gradum ut diligat Deum non jam propter se, sed propter ipsum.* Addens hunc amorem Dei propter Deum esse supremum gradum, ad quem in hac vita perveniatur.

92. Adfert denique ex Auctore libri de vera & falsa pœnitentia cap. 17. *Vertitur à peccato qui jam vult dimittere peccatum, convertitur qui jam totus & omnino vertitur, qui jam non tantum pœnas non timet, sed ad bonum Deum contendere festinat.* Hinc infert Adversarius ergo sine amore Dei propter se non habetur conversio.

Verùm quid quæso simile dicitur in illo testimonio? quę mentio de amore Dei propter se & quidem super omnia qualem requiri contendit Adversarius?

At, inquies, dicit *ed ab bonum Deum contendere festinat.* Sed unde probas quod *contendere ad bonum Deum*, sit amare Deum propter se, & non potius amore concupiscentię? præsertim cum ubi Lovanienses legunt *ad bonum Deum contendere festinat*, antiquiora exemplaria habeant *ad bonum domini contendere festinat.* Sic habetur in operibus Augustini impressis Parisiis anno 1531. & Basileæ 1541. Nemo autem dixerit *ad bonum Domini contendere festinat* idem esse ac *amat Deum amore amicitiæ & quidem super omnia*, nisi qui in quibusvis verbis reperire possit amorem Dei super omnia.

Adde quod immediatè ante verba objecta præmittatur: *conversum puto, qui dolet de animi ejus, quam expressimus, varietate.* An forte rursus dicet dolere de animi varietate idem esse ac amare Deum propter se?

Denique ibidem dictum fuerat; *non timeatur Deus pro pœna, sed ametur pro gloria*: quæ verba amorem concupiscentię manifestè indicant.

Hinc patet quam merito nihil responderim ad ea testimonia, quæ nullo modo tangunt punctum controversum.

93. AD 7. ARGUMENTUM petitum ex necessitate Contritionis aliqua adfert, quæ dicit sese nolle examinare, quare non est quod iis inhæream. Nihil autem adfert contra ea, quæ à me responsa sunt.

Addit præterea me admittere & non admittere necessitatem Contritionis in Sacramento, idque fusè satis deducit.

Verùm jejuna est hæc oppositio, quæ evanescit obvio quocumque auctore, vel Lovaniensium Catechismo inspecto, quod nempe Contritio perfecta vocetur antonomasticè Contritio. Fateor requiri Contritionem, sed non antonomasticè dictam: dico Attritionem nostram, quæ est verè contritio, non esse tamen Contritionem antonomasticè. Quid opus erat in re manifesta verba perdere.

AD 9. ARGUMENTUM (nam octavum tractatur supra cap. 1.) addit non legisse se nec audivisse, Ninivitas justificatos fuisse solo timore. Verùm nec ego id asserui. Hoc dixi & rursus dico, si affirmes, ex speciali illos privilegio justitiam consecutos per solam Attritionem (quod etiam credo nullibi legeris) numquam probabis hoc privilegium tuæ Attritioni potius, quam nostræ concessum esse. Contra hoc dirigi debebat responsio.

Circa argumenta conglobata nihil adfert, quod suis locis abunde solutum non sit, quare nihil hic addo,

CAP.

CAPUT V.

Quid reponat argumentis pro quæstione principali.

REm hanc tractat P. Farvacques Apologiæ cap. 4.

Ad 1. Argumentum nihil adfert, quod alibi solutum non sit vide Respons. ad Xenium cap. 5. §. 1.

94. Progreditur ad alterum argumentum petitum ex tam constanti & unanimi plurimorum post Tridentinum consensu. Tacitè hunc consensum admisisse videtur Adversarius, dum hinc petitum argumentum volens præoccupare initio Quæst. Quodlib. dixit: *neque hic juvare poterit ab Auctorum multitudine petitum patrocinium* &c. Item dum pag. 3. fatetur Canum & ejus asseclas (intelligit credo Thomistas) apertè tradere nostram sententiam. Denique dum in Xenio pag. 56. omissâ mentione, auctorum post Tridentinum, de quibus in argumento loquebar, recurrit ad alios Tridentino antiquiores, de quibus nihil tetigeram.

In Apologia tamen pag. 38. absolutè negat consensum illum auctorum Tridentino posteriorum. Addit hos in diversissimas abjisse sententias: *plurimos* (etiam qui Tridentino interfuerunt) requisivisse cum Sacramento Contritionem perfectam; alios docuisse sufficere nostram Attritionem, dummodo existimetur Contritio: *plurimos* denique docuisse Attritionem & Contritionem non differre nisi penes intensum & remissum &c.

95. Sed cur *plurimorum* illorum, quos asserit pro diversis illis sententiis stetisse, nomina non recenset, præsertim illorum qui Tridentino interfuerunt, & post illud scripserunt. Timuit credo, ne, si ex *plurimis* illis & *plurimis* aciem cœpisset ordinare, cunctis patefaceret, quam exiguus numerus apud ipsum sint *plurimi* & *plurimi*.

Fateor Estium Baii discipulum requisivisse cum Sacramento actum, qui etiam se solo possit justificare. Idem quoque sensisse videtur aliquando Sylvius; sed in posteriore editione nobiscum sentit, vel explicans, vel revocans quę prius docuerat. Scio nostræ sententiæ adversari Jansenium, & recenter quosdam alios; Sed ubi sunt plurimi illi à celebrato Tridentino usque ad hæc nostra tempora, qui vel requisiverunt Contritionem perfectam, vel Attritionem à Contritione distinguant penes solam remissionem & intensionem?

96. Quod autem à nostra sententia stet plurimorum omnis conditionis auctorum consensus, manifestius est, quam ut quis seriò id possit negare. Vivaldus, qui à nobis dissentit, citat pro nostra sententia aliquos nominatim, & præterea Academias Italię & Hispaniæ. Morinus asserit pro eadem stare *innumeros*, hujus autem

autem scriptoris ea est apud P. Farvacques authoritas, ut pag. 36. dicat, *non erubescam cum illo cacutire.* Cur ergo, si minùs oculis suis, saltem Morino non credit? Joannes Puteanus Ord. Erem. S. Augustini intrepidè asserit esse *concordem omnium sententiam.* Vide Resp. ad Xenium n. 164. & 166.

97. Recurrit hìc rursus ad scriptores Tridentino anteriores, asseritque neminem illorum esse, qui expressis terminis doceat, quod *Attritio ex solo metu gehennæ concepta & cognita proximè sufficiat tum Sacramento Pœnitentiæ.*

Jam ut video quæstio redacta est ad hos expressos terminos. Sed peto similiter mihi exhiberi ab Adversario auctores Ante Tridentinum, qui expressis terminis docuerint, quod *Attritio ex amore Dei propter se &c. super omnia, sed remisso* (hæc enim Attritio magis hactenus videtur placere P. Farvacques) *& cognita, proximè sufficiat cum Sacramento, sine quo actu suscepto non sufficeret.* Hoc expressis terminis doceri ab iis, quos sibi favere jactat, debuerat ostendere, antequam me provocaret, ad exibendam in illis nostram sententiam in expressis terminis, quos format.

98. Latomum à nobis stare nemo negabit, qui legerit ea quæ ex ipso transscripsi Tract. de Attrit. num. 162. & seqq. & Resp. ad Xenium à num. 22.

Objicit 1. Cur non requiratur gratuita Dei dilectio, hanc pag. 107. Latomus adfert rationem: *quia ejusmodi dilectionis actus ex gratia gratum faciente procedit.* Tum exclamat P. Farvacques; Audis quid sit gratuita Dei dilectio? nimirum quæ ex gratia gratum faciente procedit. Ita loquitur pag. 36.

99. Audio: sed quid hinc infertur? Quod enim dicat Contritionem à gratia habituali procedere, sive sequatur illorum sententiam, qui volunt ultimam dispositionem ad formam procedere ab ipsa forma, sive aliter intelligat, nihil facit ad præsentem quęstionem: unde nec hoc videtur urgere Adversarius, sed solùm quod Latomus illic loquatur de amore per se justificante. Verùm id nobis non obest: neque enim Latomus illum agnovit amorem Dei gratuitum seu propter se & super omnia qui non justificaret: prout docent nostræ sententiæ auctores. Quâ autem consequentiâ inde inferet, Latomum non tenere nostram sententiam, de sufficientia Attritionis ex metu cum Sacramento?

100. Objicit 2. verba Latom. ex pag. 108. versâ: *Numeratur & inter gratias gratis datas charitas quædam & dilectio Dei, quâ erga Deum afficitur peccator in statu peccati mortalis existens, non quidem illa, quæ finis præcepti est de corde puro, sed tamen nonnulla charitas est. Multa enim agit & patitur peccator amore Dei.* Addit Latomum statim concludere, quod Attritio ex tali amore proveniens sufficiat *quæ est*, inquit, *ipsissima nostra sententia.*

Resp. Latomum illic sumere amorem Dei eodem sensu, quo Sylvius & Cunerus Petri citati Tract. de Attrit. n. 14. & 246, & seq. nempe pro amore concupiscentiæ.

cupiſcentiæ. Ratio eſt 1. quia immediatè ſubjungit Latomus: *Nec prorſus ignorat, quam bonus ſit illi Deus, maximè qui ad ſe reverſus cum filio prodigo ex præſenti egeſtate recolit divitias præteritas.* Ubi verba *quam bonus ſit illi Deus* & *divitias præteritas* ſonant objectum amoris concupiſcentiæ.

Secundo quia amori, quem in citatis verbis deſcripſit, ſtatim opponit *amorem gratuitum*, quod ineptè faceret, ſi in prioribus intelligeret amorem Dei propter ſe & ſuper omnia, qualem intelligi vult Adverſarius; quis enim negat, quin talis amor Dei ſit amor gratuitus.

Tertio, quia ibidem dicit: *Igitur qui de peccatis dolet eo dolore, quem Attritionem diximus, accedat cum fiducia ad Pœnitentiæ Sacramentum* &c. Amorem autem mercenarium ſine charitate ipſe alibi Attritionem vocaverat: verba dedimus Tract. de Attrit. num. 262.

101. Fiſſcherus Epiſcopus Roffenſis adeo manifeſtè nobiſcum ſentit: ut ad argumenta, quibus id probatum eſt, nihil omnino reponat Adverſarius, ſed ad aliud divagetur.

Dicit enim pag. 37. Fiſſcherus (prout etiam admiſeram) abſtrahit à veritate illius ſententię, quæ aſſerit ſufficere votum doloris, aut dum quis dolet ſe non dolere; & hinc inferre nititur Fiſſcherum non clarè à nobis ſtare in puncto controverſo.

Verùm quænam eſt hæc conſequentia ? cur non dicit me quoque non clarè tradere ſufficientiam Attritionis ex metu, qui hactenus non dixi, an ſufficiat nec ne votum doloris, à quo etiam hic volo abſtrahere ? An forte P. Faracques non clarè docet Attritionem ex amore ſufficere, licet hactenus abſtraxerit, qualis quantuſque debeat eſſe ille amor & quid differat à Contritione.

102. Ad Gabrielem aſſerentem graves auctores ſtare pro noſtra ſententia dicit oſtendi debuiſſe, quod non agat de Attritione, quæ putatur Contritio: Sed reponſum ad id eſt in Reſp. ad Xen. n. 171.

Poſtulat præterea oſtendi, quod auctores quos citat Gabriel, non requiſiverint tenuem aliquam charitatis ſcintillam, ſed contenti fuerint ſolo metu. Sed conſulat Gabrielem, & videbit, nullam ab illis requiri charitatem, ſed agi de dolore *non propter Deum, ſed propter ſe & amorem ſui, quia peccata ſunt inductiva pœnæ aut impeditiva gloriæ* &c. prout ibi loquitur Gabriel. Non video etiam cur Adverſarius amorem Dei propter ſe & ſuper omnia vocet tenuem charitatis ſcintillam.

103. Durandus dum dicit noſtram Attritionem, quæ aliàs eſſet inſufficiens, virtute clavium fieri ſufficientem, & tunc per Sacramentum actu ſuſceptum deleri culpam & conferri gratiam: nullo opus eſt gloſſe-

mate, ut appareat nostram sententiam ab ipso traditam. Unde & Durandum pro ea citat Vivaldus, licet à Durando dissentiat.

Quod addit de sententiariis dicentibus pœnitentiam periculosè differri usque ad articulum mortis, mera est repetitio prius dictorum, & ad quod jam sæpius responsum est.

104. Nostram sententiam expressis terminis tradit Tapperus, qui scripsit tempore Tridentini, asserens illam esse probabilem Doctorum sententiam, quo solo sufficienter probatur fuisse ante Tridentini tempora, qui nobis consentirent.

Idem colligitur ex Dominico Soto, quem nobis subministrat P. Farvacques: Ille enim scribens tempore Tridentini nostram sententiam variis locis tradit, addens, esse scholasticorum collectionem, quod nostra Attritio sufficiat. Vide supra num. 78.

Ad tertium argumentum nihil adfert, quod ex alibi dictis non maneat solutum.

105. Ad 4. Argumentum petitum ex verbis Augustini lib. de Catechizandis rudibus cap. 17. dicit Augustinum non agere de illo qui de facto baptizatur.

Resp. clarum esse quod D. Augustinus supponat illis dispositionibus, quas enumerat, accedere baptismum: nam dicto cap. 17. initiò asserit eos, qui timore hominum volunt esse Christiani, vel ut ab iisdem accipiant commoda temporalia, eos inquam asserit *esse in area cum frumento Dei, in horreo autem cum illo non fore; Ecclesiam illos portare ad tempus, sicut area usque ad tempus ventilationis paleam sustinet* &c. nemo autem dixerit eum, qui ex timore hominum vult baptizari, sed necdum baptizatus est, esse in area seu Ecclesia, ab Ecclesia portari usque ad tempus ventilationis seu judicii. Dum igitur statim subjungit, illum qui timore aut spe æternorum vult fieri Christianus, esse verè Christianum, intelligit si ad hanc præparationem accedat baptismus; per quem intret in aream seu Ecclesiam.

CAPUT VI.

Ad Epistolam dedicatoriam Xenii.

TEstimonia Scripturæ, quæ in suæ sententiæ confirmationem produxerat Exim. P. Lupus, nihil ipsi patrocinari ostendi in Respons. ad Epist. Famil. cap. 4. Ejus argumenta inde petita stabilire nititur P. Farvacques, sed nihil minus agit, dum relictâ scripturâ ad alia desultoriè transit.

106. Pri

106. Primus propositus fuerat Scripturæ locus 1. Joan. 3. *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres, qui non diligit manet in morte.*

Agi hoc loco de charitate fraterna evidens est tum ex ipso textu, tum ex consensu interpretum, nec id negat P. Farvacques. Neque agitur de amore disponente ad justificationem, sed de illo, qui hanc consequitur, ut cum Augustino tradunt Estius & Fromondus. Ruit ergo argumentum P. Lupi supponentis hic agi de amore Dei super omnia.

107. Quid ad hæc P. Farvacques? An probat vel ex textu Scripturæ, vel ex communi Interpretum, hæc verba intelligenda esse de amore Dei amicitię super omnia? Nihil minus: sed desertâ scripturâ alio transilit: unde nec subsidium adfert P. Lupo asserenti, id à S. Joanne dicto loco definiri.

Objicit igitur Augustinum censere, amorem proximi esse non posse sine amore Dei (subintellige super omnia, ut aliquid concludat) & idcirco unum sine altero quandoque in Scriptura poni pro utroque.

108. Do jam ita ab Augustino explicari etiam hunc, si vis, determinatum locum. An propterea id à S. Joanne in scriptura definitur? An idem sunt S. Joannes & S. Augustinus? an ejusdem auctoritatis? Nosti Eximię P. passim interpretes scripturæ, & inter reliquos Estium, Jansenium, Fromondum sæpe, rejectâ D. Augustini interpretatione, oppositæ adhærere; adeoque non omnis sensus Augustini, est sensus scripturæ, multò minus à scriptura definitur.

109. Quæro ab Adversario, admittatne hanc esse legitimam argumentationem? Augustinus v. g. initium Geneseos explicat de creatione simultanea & instantanea omnium rerum, & dies distinctos, qui illic enumerantur per mane & vespere, explicat de diversis cognitionibus Angelorum. Ergo in Genesi habetur definitiva sententia, quod eodem instanti, omnia sint condita. Rejiciet indubiè hanc consequentiam, & eâdem operâ evertet modum arguendi, quo utitur in casu.

110. Atque hęc licet D. Augustinus loqueretur eo sensu, quem ipsi attribuit P. Farvacques. Cæterum non hanc, sed plane diversam esse illius mentem, ex ipsis S. Patris verbis ostendi in Resp. ad Xen. num. 192.

Instat tamen, explicationem à me datam esse paradoxissimam.

Resp. vel ostendat, eam à mente D. Augustini alienam esse (neque enim sufficit id nudè asserere) vel ipsi Augustino, non mihi imputet, quod ita fuerit locutus.

Profectò sensus, quem Augustino attribuit, paradoxissimus est, nempe quod juxta hunc S. Patrem non possim amare proximum, nisi simul

habeam actum dilectionis Dei propter se & super omnia.

111. Verba Apostoli 1. ad Corinthios 13. dixi intelligi vel de charitate habituali (cui nihil hactenus opposuit) vel potius cum pluribus Patribus ac Interpretibus de charitate fraterna, ad quos etiam remisi pro explicatione reliqui capitis. Neque ullum hucusque pro sua explicatione produxit Patrem aut Interpretem. Ruit igitur argumentum P. Lupi ex Apostolo depromptum.

Objicit non rectè à me explicatam charitatem fraternam.

112. Resp. 1. licet id verum esset, hinc tamen non sequitur: Ergo Apostolus hoc loco agit de alia charitate, quam fraterna.

Resp. 2. ostendat, si potest, charitatem proximi aliud exigere, quam ut illum non oderim, nullâ injuriâ afficiam &c. quę negativa sunt & insuper velim exhibere illa officia, quæ præcepta sunt. Probet requiri actum positivum amoris, nisi fortè in rarissimo casu, quo ille necessarius esset, ad compescendum odium, vel ad præstanda ea officia, quę jubeor illi exhibere. Neque plus aliquid exigunt verba quæ ex S. Hieronymo in Epistola ad Pastores transcripsit.

Certè nemo dixerit, amorem mei (qui regula est amoris erga proximum) aliud à me postulare, quam ut nullum mihi inferam nocumentum, & præstare velim corpori ac animo, quæ facere jubeor.

113. Testimonium ex 1. Petri 3. *Salvos nos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum*: nec minimam facit mentionem amoris Dei, quare illud sine ulla Patrum aut Interpretum auctoritate exponere de amore Dei & quidem super omnia, est propria sensa pro Scriptura obtrudere.

Ad hæc nihil respondet P. Farvacques, sed ad aliud disparatum recurrit, quod nempe haberi non possit propositum servandi omnia mandata sine amore Dei. Verùm de hoc actum est alibi.

Hic quæro quæ sit hæc forma argumenti: Propositum servandi mandata haberi nequit sine amore, ergo D. Petrus in illis verbis agit de amore Dei super omnia.

114. Quarto loco allegata fuerant verba Joan. 14. v. 24. *Qui non diligit me, sermones meos non servat.*

Resp. licet hic per diligere intelligeretur amor Dei super omnia, non faveret tamen intento Adversariorum, ut ostendi ad epist. Famil. n. 47. & 48. nec quidquam ad hęc reponit P. Farvacques. Dedi eorumdem verborum duplicem sensum ex PP. & Interpretibus, quorum neuter vel ipsis favet, vel nobis adversatur.

Objicit

Objicit hoc unum: nisi hic per *diligere* intelligatur amor Dei propter se, perire viam omnem probandi ex Scripturis, quod talis amor sit præceptus.

Hæc oppositio parerga est, cum, ut dixi, nihil faveat hic locus intento P. Lupi, licet intelligatur de amore Dei propter se. Porro PP. ac Interpretibus, qui hunc locum aliter interpretantur, non defuit modus probandi necessitatem talis dilectionis.

115. Quinto denique producta fuerant verba Apostoli ad Rom. 14. *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Per fidem hoc loco intellexerat P. Lupus amorem Dei propter se & super omnia sic enim ipsi libuit.

At, inquit P. Farvacques, Augustinus hunc locum exponit de fide per charitatem operante.

Verùm Eximie P. hic quærebatur non de mente Augustini, sed Scripturæ, quæ duo apud nos diversissima sunt. Dum ex scriptura ducitur argumentum, necesse est ut id, pro quo allegatur, vel in ipso textu exprimatur, vel in illo ex communiori saltem Patrum & Interpretum, contineatur. In casu autem ne minima quidem amoris Dei fit mentio, multò minus amoris super omnia; communis autem Interpretum & Doctorum consensus diversum plane agnoscit horum verborum sensum. Quare hic ad Augustinum provocare, est mirâ dexteritate loco scripturæ Augustini auctoritatem substituere.

Deinde probandum erat, dum Augustinus, hic per fidem intelligit eam, quæ per charitatem operatur, quod charitatem sumat pro amore Dei propter se & super omnia: alias enim non ostenditur S. Pater favere P. Lupo.

Ut igitur rectè allegaretur auctoritas S. Augustini, deberet hic docuisse, quod omne id, quod non est ex amore Dei propter se & super omnia, *peccatum* sit. Quam doctrinam nemo citra injuriam D. Augustino affinxerit.

116. Objicit præterea: Pontificale Romanum in ordinatione Subdiaconi verba Apostoli objecta intelligit de fide per charitatem operante. Porro verba Pontificalis, quæ citarat in Xenio, hæc sunt: *Estote ergo in vera & catholicâ fide fundati, quoniam ut ait Apostolus, omne quod non est ex fide peccatum est, schismaticum est, & extra unitatem Ecclesiæ.*

Resp. nec in his verbis, nec in tota ordinatione Subdiaconi fit mentio vel minima de fide *per charitatem operante.* Quomodo igitur in illa reperit operationem per charitatem? Cæterum si putavit sermonem illic esse de fide per charitatem operante, poterat ex Pontificali discere, quid sit fidem per charitatem operari: nam post verba relata immediatè subjungitur: ET IDEO *si usque nunc fuistis tardi ad Ecclesiam, amodo debetis esse assidui. Si usque nunc somnolenti, amodo vigiles. Si usque nunc ebriosi, amodo sobrii. Si usque nunc inhonesti, amodo casti.*

 Dixe-

117. Dixeram verba scripturæ non rarò in officiis Ecclesiasticis & Ritualibus sumi in sensu quopiam accommodatitio, ac proinde licet Pontificale illic fidem sumeret pro fide Theologica, non tamen idcirco de hac loqui Apostolum in verbis citatis. Admittit id P. Farvacques: & ulterius

Instat licet sumantur in sensu accommodatitio, non tamen *in sensu falsò & spiritu mendacii*, sed quocumque demum sensu illa verba intelligat Pontificale, negari nequit, quin sensus ille sit verus: Tum ex hoc antecedente infert: ergo *argumentum propositum vim suam retinet*.

Resp. mirabilem esse hanc consequentiam, quâ Apologiam suam concludit Adversarius: Quocumque sensu illa verba sumat Pontificale, sensus ille verus est; ergo argumentum P. Lupi vim suam retinet. Id est quiscumque demum sit illorum verborum sensus, dummodo verus, rectè sequitur: ergo amor Dei propter se & super omnia est dispositio necessaria cum Sacramento.

118. Quæro enim, an judicet hanc esse legitimam consequentiam? Quidquid non est juxta dictamen conscientiæ, peccatum est; ergo amor Dei propter se & super omnia requiritur cum Sacramento. Et tamen negare non potest, quin verus sit sensus hic verborum Apostoli *quidquid non est ex fide* (id est juxta dictamen conscientiæ) *peccatum est*.

Similiter si Pontificale per *fidem* intelligat fidem theologicam, prout opponitur schismati aut hæresi (quam explicationem Pontificali dederat in Xenio (quæro an positâ hujus sensus veritate legitimè inferatur: ergo amor Dei propter se & super omnia est dispositio necessaria cum Sacramento?

Sane Exim. P. Lupus, ut hoc consequens ex verbis Apostoli inferret, illis de suo interseruerat, nempe fides quâ in Deum creditur, id est juxta ipsum, quæ amorem Dei propter se conjunctum habet. Nimirum non noverat adhuc recens illud mysterium, quod ex illis verbis (in quibus nulla Sacramenti aut amoris habetur mentio) in quocumque sensu, dummodo vero, intellectis, legitimè inferri posset: Ergo amor Dei propter se, & quidem super omnia, est necessarius cum Sacramento.

Atque hinc patet omnia hæc scripturæ testimonia extra rem & perperam ab Adversariis adferri, cum ne vel unicum sit, ex quo cum aliqua legitimæ consequentiæ specie inferri possit ergo amor Dei propter se (multò minus super omnia) est dispositio necessaria cum Sacramento. Hæc tamen erat propositio, quam elicere volebat Exim. P. Lupus.

FINIS.